Urkundenbuch

des

Klosters Arnsburg

in der Wetterau.

Bearbeitet und herausgegeben

von

Ludwig Baur,

Großherzogl. Hessischem Archivar in dem Geheimen Staats- und Haus-Archive, erstem Secretär des historischen Vereins für das Großherzogthum Hessen, des Königl. Preußischen rothen Adlerordens dritter Classe, des Großherzogl. Badischen Ordens vom Zähringer Löwen Ritter, Inhaber der Großh. Sächsischen goldenen Civilverdienstmedaille am landesfarbenen Bande ꝛc., mehrerer gelehrten Gesellschaften correspondirendem und Ehrenmitgliede.

Zweites Heft.

Die ungedruckten Urkunden vom Jahre 1300 bis 1355.

Darmstadt 1850.

Auf Kosten und im Verlag des historischen Vereins für das Großherzogthum Hessen.

Buchdruckerei von Heinrich Brill.

Vorwort.

Dem zweiten Hefte der ungedruckten Arnsburger Urkunden habe ich nur wenige Worte vorauszuschicken. Es enthält dasselbe 646 Diplome. Bei den in dem Vorworte zum ersten Hefte näher bezeichneten Verhältnissen, konnte die Veröffentlichung dieses reichen Materials allein dadurch bewirkt werden, daß der Inhalt desselben soviel es nur immer möglich war, zusammengedrängt wurde, ohne daß man sich jedoch dabei erlaubt hat, an der Satzfolge oder der Schreibart der einzelnen Stücke selbst irgend Etwas zu ändern.

Das dritte Heft wird dann den Rest der Urkunden des 14., die wichtigsten des 15., einen Nachtrag des 13., ein Verzeichniß der wenigen gedruckten Urkunden des 14. und 15. Jahrhunderts, sowie ein Orts- und Personen-Register über das Ganze enthalten. Alle diese Theile liegen beinahe vollständig bearbeitet und druckfertig bereits vor.

Darmstadt, im August 1850.

Baur.



Nr. 286.

1300 (25. Jan.) Nos Ph. dominus in Minzenberg ac Wernherus, noster filius, recognoscimus, quod concambium fecimus cum abbate et conventu monasterii in Arnsburg, assignantes eisdem mansum unum situm in Gambach, in cujus recompensationem iidem mansum unum situm in Beldersheim dederunt nobis et nostris haeredibus.

Dat. a. d. M.CCC, in convers. b. Pauli apost.

(Mit Siegel Philipps.)

Nr. 287.

1300 (März.) Noverint universi, quod nos Curadus dictus Dodeganz, Irmendrudis conjuges, Heinricus, Crafto et Konegundis, haeredes quondam Craftonis de Nunheim, civis wetflar., solvimus monasterio in Arnesburg fertonem denar. annui redditus ex vinea nostra, sita inter vinetas apud Nunheim, contigua vineae hospitalis wetflar., pro quibus sane solvendo ego Curadus, consentiente Irmendrude, uxore mea praedicta, curiam meam sitam in Nunheim, contiguam curiae puerorum quondam Heynrici sitae ibidem, pro subpignore obligavi. — Testes: Hermannus Selege, Curadus de Katzenvort scabini et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC, mense marcio.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 288.

1300 (8. Juli.) Noverint universi, quod ego Theodericus opilio in Selhoven, communicata manu Aleydis, uxoris meae, vendidi Hermanno dicto de Morlebach, Aleydi uxori suae, civibus wetflar., agrum meum situm juxta Drenckefurd,

qui olim fuit Volcwini, quem comparavi erga Conegundim dictam de Adisbach, civem wetflar. *) — Testes: Hermannus Selege, Conradus Crawe, Hartmannus de Hirlisheim, Rulo Reye scabini civitatis wetflar. et q. pl. a.

Dat. a. d. M.CCC, viii idus julii.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 289.

1300 (Sept.) Nos Gerhardus dictus Munzere et Petrissa, conjuges, recognoscimus, quod nos nihil juris vel actionis habemus in curia et in bonis ad eandem spectantibus, sitam in Lucillinden, quam possedit Henricus dictus de Holzhusen. — Testes: Hermannus Selege, Rulo Reye scabini et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC, mense septembro.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 290.

1300 (19. Okt.) Nos Ludewicus dictus Kremere et Hildemudis, conjuges, cives wetflar., pro ultima voluntate disposuimus, ut abbas et conventus monasterii in Arnesburg ii marcas reddituum de nostra haereditate recipient ante divisionem ejusdem, in usus coquinae, in nostris anniversariis, dono elemosinae. — Testes: Wigandus Dythere, Hermannus Selege, Conradus Crawe scabini et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC, crast. Lucae evang.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

---

*) 1300 (28. Juli) verkauft Johann, der Sohn weil. Hermanns gen. Munzere, Bürgers in Wetzlar, einen Acker „situm extra portam Selhoven prope Drenkevort“, welchen er von dem obgen. Theoderich erkauft, an den gen. Hermann von Mörlebach. — Zeugen: Hermannus Selege, Heynemannus Gerberti, Hartradus Blyde, Conradus de Catzenvort, Conradus Crawe, Rulo Reye, Ernestus de Nuveren, Hartmannus de Hirlisheim scabini wetflar. (Mit Siegel der Stadt Wetzlar.) Gleichzeitige Aufschrift auf beiden Urkunden: de haereditate fratris Lod. de Morlebach.

Nr. 291.

1300 (14. Dec.) Nos Heinricus miles scultetus, scabini et consules de Frankinvord recognoscimus, quod Johannes, natus quondam Frederici pellificis de Omestad et Drutlindis, uxoris ejus, nostrorum concivium, omnia bona sua extra muros frankenvordenses et infra muros sita, et quaedam bona sua in villa Peterwile sita, quibus ex morte parentum suorum successit, donavit, in remedium animarum eorum et ipsius, monasterio in Arnsburg. — Testes: Henricus scultetus, Arnoldus de Glauburg, Hertwicus de alta domo, Sifridus de Gysenheim, Rudegerus et Ludewicus de Holtzhusen, Markolfus de Linthenn, Johannes Goltstein scabini, Hertwicus de vico, Volcwinus de Wetflaria et. a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC, in crast. b. Luciae virg.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 292.

1301 (13. Mai.) Nos Phylippus dominus in Mynzinberg recognoscimus, quod monasterio in Arnsburg concessimus, ut si qua bona ad villam nostram Hoveheim pertinentia, ad ipsos titulo emptionis, permutationis, elemosinae seu quacunque alia justa de causa devolvi contigerit, hoc fiat nostro assensu.

Dat. a. d. M.CCC.I, in die Servatii episc. et conf.

(Mit Siegel des Ausstellers in grünem Wachse.)

Nr. 293.

1301 (Mai.) Ego Johannes dictus Munzore et Katerina, uxor mea, recognoscimus, quod Gerhardus frater et sororius noster, Petrissa, uxor sua, habent ex bonis nostris sitis in villa Luzillinden, quae colit Henricus dictus de Holzhusen, iii maldra tritici. — Testes: Hermannus Selege, Hartradus Blide, Rulo Reye scabini et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.I, mense maio.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 294.

1301 (13. Juni.) Ego Baldemarus viceplebanus in Hoveheim cupio fore notum, quod monasterio in Arnsburg vendidi iii jugera vinearum et dimidium in terminis villae Hoveheim sita, pro xx marcis denar., colon. item donavi eidem aream in villa memorata sitam, quam apud pueros patrui mei cognomento Hasilere mihi comparavi, una cum i jugere et dimidio de pratis ibidem, et iv jugera vinearum in terminis villae Burlachin sita, pro animae meae remedio ac omnium progenitorum meorum.

Dat a. d. M.CCC.I, idus junii.

(Mit Siegel Philipps von Minzenberg.)

Nr. 295.

1301 (27. Juni.) Nos soror Sophia abbatissa totusque conventus coenobii in Diffendal recognoscimus, nos i juger cum i quartali vinearum sitarum in villa Hoveheim, quae Heinricus sacerdos quondam viceplebanus in Hoveheim nobis legavit, monasterio in Arnisburch pro vii marcis denar. colon. vendidisse.

Dat. a. d. M.CCC.I, v kal. julii.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 296.

1301 (4. Dec.) Notum sit, quod ego Sifridus dictus Bumeistir, scabinus et civis in Minzinberg, cum unanimi consensu uxoris meae Methildis bonae memoriae, monasterio de Arnsburg, in remedium animae meae, nec non Methildis praefatae et omnium progenitorum nostrorum, contuli iii jugera agrorum in elemosinam in terminis villae Hergerin constituta, videlicet in campo dicto Ostirvelt ii jugera, item in campo versus Rockinberg unum juger in uno agro dicto Libbusch. — Testes: Wernherus Dives, Happelo de Steinheim, Sifridus Dives, Wygandus ante portam et Sifridus Bumester.

Dat. a. d. M.CCC.I, Barbarae virg.

(Mit Siegel der Stadt Minzenberg.)

Nr. 297.

1301 (28. Dec.) Noverint universi, quod ego Johannes dictus Rodichin, filius quondam Frideberti senioris, et Katherina conjuges, cives in Frideberg, vendidimus monasterio in Arnsburg bona nostra, videlicet i mansum et iii jugera in terminis villarum Swalheym et Dorheym sita, eodem jure possidenda, quo nos et Rukerus de Nydehe piae memoriae, avus uxoris meae praedictae, dinoscimur hactenus possedisse. — Testes: Heynricus de Dorheym sculletus, Gerlacus cognomento Judex, Ansheylmus Weidelere, Juvenis de Lympurg, Fridebertus filius Juvenis, Heynricus de tempore scabini et Johannes de Lympurg, cives oppidi supradicti.

Dat. a. d. M.CCC.I, in die b. Innocent. mart.

(Mit Siegel der Stadt Friedberg.)

Nr. 298.

1302 (13. Jan.) Nos Mengotus dictus Guldene de Croninberg et Mengotus cognomento Flecke, milites, notum esse volumus, quod domina Guda dicta Mylchelingin antiquior, Elyzabeth filia sua de Merlowe et Rupertus nepos ejus Mylcheling nuncupatus recognoverunt, se vendidisse monasterio in Arnsburg bona sua in Lindin sita, quae Hartmannus campanarius ibidem ab ipsis tenuit.

Dat. a. d. M.CCC.II, in octav. Epiphaniae.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 299.

1302 (14. Febr.) Nos Hermannus Gulwini et Hyrmingartis conjuges, cives in Mynzinberg, notum facimus, quod contulimus monasterio in Arnsburg, in remedium animae nostrae et omnium progenitorum nostrorum, possessiones nostras, videlicet domum nostram ex opposito curiae dicto-

rum dominorum et aream unam juxta eandem domum intra muros opidi Mynzinberg sitas, et hortum nostrum extra muros ejusdem opidi, recipientes bona praefata ab ipsis jure colonario pro libra cerae. — Testes: Erwinus scultetus, Markelo de Colnhusin castrenses in Mynzinberg, Heinricus Qvithlin, Ansheilmus de Gambach, Happelo de Steinheim, Wenzelo Cleinekoiph, Sipelo Bumeistir, Wigandus ante portam, Sipelo Riche scabini, Cunradus Hubsman, Heinricus de Holzheim cives ibidem et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.II, Valentini mart.

(Mit Siegel der Stadt Minzenberg.)

Nr. 300.

1302 (14. Febr.) Ego Cisa cognomento Meidin beckina, civis in Mynzinberg, recognosco, quod contuli monasterio in Arnsburg ob salutem animae meae, hortum meum extra muros opidi Mynzinberg situm. — Testes: (wie bei Nr. 299.)

Dat. a. d. M.CCC.II, Valentini mart.

(Mit Siegel der Stadt Minzenberg.)

Nr. 301.

1302 (12. März.) Nos Philippus de Falkenstein dominus in Mynzinberg, imperialis aulae camerarius, quondam filius Philippi senioris, et Ydelhildis, collaterales, notum facimus, quod contulimus monasterio in Arnsburg in animarum nostrarum et omnium progenitorum nostrorum remedium, redditus v octalium tritici et totidem de siligine, provenientium de quodam manso nostro omnino proprio, in campis villae Wolvirsheym sito, olim de nostris progenitoribus ab Henrico milite de Grydele, Schone vulgariter nuncupato, in feodo habito, ad nos autem eo deficiente in haeredibus, libere devoluto, item iv octalia siliginis cum dimidio, cedentia de quibusdam bonis in superiori villa Hergeren, dictis daz fronegut, quae Gyselbertus Niger colit, item dimidiam marcam denariorum in quibusdam bonis in supe-

riori villa Hergeren, quae haeredes Henrici de Hollor possident, et ipse dinoscitur possedisse.

Dat. a. d. M.CCC.II, in die b. Gorgonii mart.

(Mit Siegel der vorg. Udelhilde, das Siegel Philipps fehlt.)

Nr. 302.

1302 (18. März.) Ego Rukerus de Queninbach et Guda, conjuges, profitemur, quod monasterio in Arnsburg vendidimus agrum nostrum ex alia parte au..furtis, item i juger apud Egelinse, item i juger apud Weystwig, item iii quartalia apud ripam, quos quidem agros ab ipsis jure colonario excolendos recepimus pro ii maldris siliginis annis singulis praesentandis, post obitum vero nostrum dicta bona ad monasterium libere revertentur in animae nostrae remedium. — Testes: Hermannus viceplebanus in Lyche, Rudulfus de Meygirsheim, Mengotus de Bonemese castrenses ibidem, Bertoldus dictus Smalzlose, Rudolfus molendinarius et Heinricus dictus Oistheimere scabini opidi memorati.

Dat. a. d. M.CCC.II, in dominica reminiscere.

(Mit Siegel Philipps d. ält. von Minzenberg.)

Nr. 303.

1302 (24. April.) Ego Winterus dictus Lyncenere de Muschenheim recognosco, quod de consensu Meichtildis, uxoris meae, vendidi Conrado de Steinheim, civi in Mincenberg, redditus ii octalium siliginis, assignans eidem vi jugera terrae arabilis de bonis meis propriis, videlicet juxta altam stratam tendentem Arnspurg i juger et dimidium, juxta viam tendentem Birkalar penes agros dominae de Martorph iv virgarum mensuras, juxta viam eandem iv virgarum mensuras contingentes rubetum, quod dicitur hecke vulgariter, apud montem dictum crazhart i juger et dimidium et retro villam Muschenheim dimidium juger. — Testibus: Happelone de Steinheim, Ludewico de Ineheide, Wigando ante valvam scabinis in Mincenberg, Bertoldo dicto Lerchenbein,

Brunwardo de Muschenheim, Wernhero fabro et Brunwardo de Wedere scabinis in Muscenheim ac pl. a. f.

Dat. a. d. M.CCC.II, in crast. b. Georgii mart.

(Mit Siegel der Stadt Minzenberg.)

Nr. 304.

1302 (15. Mai.) Nos scultetus, scabini, consules et universi cives in Fridberg recognoscimus, quod Henricus dictus Wize campanarius in Frideberg, concivis noster, cum sua conjuge et pueris omnibus, videlicet Henrico, Jutte, Elizabet ac aliis omnibus pueris suis et quorum interfuit, renunciaverunt apud nos et in villa Morle inferioris omni actioni super bonis, quae vendidit dominus Wigandus de ordine praedicatorum, filius quondam dominae Cimmermennin in Fridberg, ibidem in Morle inferiori sitis.

Dat. a. d. M.CCC.II, idus mai.

(Mit Siegel der Stadt Friedberg.)

Nr. 305.

1302 (20. Mai.) Ego Bertrhadis dicta de Rudenchem, relicta Rudolphi quondam civis in Marpurg, una cum filia mea Bertrhadi, recognoscimus, quod nos omnia bona nostra in minori Roisdorf sita, vendidimus monasterio in Arnsburg pro c marcis denar., dimidietatem quoque curiae nostrae in inferiori Walgeren pro xx marcis. — Testes: magister Conradus plebanus in Gozvelden, Ludewicus de Vronhusen, Rukelo senior, Henricus Angeli, Henricus ex Curia, Ludewicus filius suus scabini, Johannes Monetarii, Rukelo junior cives et q. pl. a.

Dat. a. d. M.CCC.II, dominica cantate.

(Mit Siegel der Stadt Marburg.)

Nr. 306.

1302 (1. Juni.) Noverint universi, quod ego Conradus dictus Hane de Gunssa, communicata manu Methildis,

uxoris meae, vendidi Ebirhardo filio Ernesti de Nuveren, Elizabet, uxori suae, civibus wetflar., maldrum siliginis annuae pensionis ex tribus agris meis, quorum unus est situs in via, quae dicitur Gunsser wega, et unus situs supra langenlinden, et alter in via, quae dicitur Berenkemire weg. — Testes: Ernestus de Nuveren, Hartradus de Hirlisheim, Rulo Reye scabini et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.II, in crast. ascens. dom.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 307.

1302 (6. Juli.) Noverint universi, quod nos Fridericus, Cunradus, Hertwicus fratres, Hildegundis et Cunegundis, sorores dictorum fratrum de Seckebach, donavimus monasterio in Arnsburg curiam et mansionem nostram in villa Seckebach et duos mansos cum dimidio ad ipsam pertinentes, ob remedium nostrarum animarum, recipiendo ab eisdem religiosis ipsa bona pro i libra cere, ea sane protestatione, quod si Katherina, nostra consanguinea, et Henricus, noster consanguineus, nos omnes, fratres et sorores, supervixerint, dictum monasterium de ipsis bonis dictae Katherinae porriget vi octalia siliginis. — Testes: Henricus miles scultetus, Arnoldus de Glauburg, Hertwicus de alta domo, Cunradus de Spira, Sifridus de Gysinheim, Markolfus de Lintheim, Rudegerus et Ludewicus de Holzhusen, Johannes Golstein scabini de Frankenford et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.II, in oct. b. Petri et Pauli apost.

(Mit Siegel der Stadt Frankfurt.)

Nr. 308.

1302 (13. Sept.) Universis constare cupio, quod ego Hedewigis, relicta Hermanni de Heldeberg, curtem sive bona sita in Stenbach, quae ad me jure successorio ex decessu jam dicti Her. fuerant devoluta, donavi in salutem animorum nostrorum monasterio in Werberg. — Testes: Ruclo se-

nior, Ludewicus de Vronhusen, Ludewicus de Curia, Echardus Kal scabini in Marpurg et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.II, in vig. exaltat. s. crucis.

(Mit Siegel der Stadt Marburg.)

Nr. 309.

1302 (26. Okt.) Notum sit, quod ego Vda, filia quondam Cunradi de Wllenstad, civis frankenfordensis, legavi Cunrado, fratri meo dicto de Wllinstad, i marcam denar. censuum annualium et iii pullos, de qua marca Heilemannus dictus Selege dat viii sol. den. et i pullum, de domo Godelindis, sita in vico dicto Geilinhusersgazse*) Martini, item Cunradus dictus Geilinhusere de domo sua, quam inhabitat, et de quadam alia domo, sitis in praedicto vico, vii sol., item relicta quondam Arnoldi dicti Bvmeister de quadam domo, sita in dicto vico, iii sol. den., item relicta Gotfridi ligatoris vasorum de Grunenberg de domo sua in supradicto vico xx den., item Heilemannus sacerdos, filius quondam piscatricis, de domibus suis ibidem xxvii den., et ipsi Cunrado fratri meo defuncto, praedicta marca et iii pulli cedent monasterio Arnesburg.

Dat. a. d. M.CCC.II, fer. vi a. fest. omn. sanct.

(Mit Siegel des Offizials der Kirche in Frankfurt.)

Nr. 310.

1303 (11. Jan.) Nos decanus totumque capitulum ecclesiae s. Stephani magunt. recognoscimus, quod coram nobis constitutis Kobelone milite maguntinensi dicto de Nacheim et Richmude, uxore ejus, iidem conjuges publice confessi sunt, quod ipsi lxiii jugera terrae arabilis, sita in

*) 1347 (9. Juni) verkaufen Hennekin gen. Rockinbergere und Hilla Eheleute dem Kloster einen Zins auf demselben Hause. Zeugen: Johannes dictus Karbere vicarius in ecclesia s. Bartholomaei, Hermannus Rorici, Heinzo dictus Magerlin et Lutzo dictus Hering. (Mit Siegel des Decans des Bartholomäusstiftes.)

terminis villae Nacheim praedictae, in nostra proprietate et jurisdictione, cum omnibus juribus et pertinentiis suis in judicio dictae villae Nacheim, coram sculteto et scabinis ibidem praesidentibus, monasterio in Arnsburg vendiderunt, pro cxx libris hallensium minus una libra, prout praefati conjuges, venditione et resignatione peractis, bona praescripta a praedictis abbate et conventu, pro pensione in perpetuum persolvenda, justo locationis titulo receperunt. *)
Dat. a. d. M.CCC.III, iii idus januarii.

(Siegel der Aussteller fehlt.)

Nr. 311.

1303 (22. Jan.) Noverint universi, quod nos Ekericus scultetus et Alheidis, conjuges, de Delkelnheim curiam nostram et domum cum pomerio adjacente, et xx jugera agrorum terrae arabilis, iii jugera et i quartale vinearum, iii jugera et i quartale pratorum, sita in villa Delkelnheim, sub dominio et districtu Sifridi de Eppinstein, de ejusdem consensu, monasterio in Arnespurg vendidimus pro xxx marcis denar. col., et ab ipsis nobis locata recepimus. — Testibus: Epperto viceplebano in Delkelnheim; Marquardo in Redilnheim milite, Gotzone molendinario, Jacobo filio dominae dictae Tukere, Johanne dicto Hunne, Johanne dicto

---

*) Nach einer Güterbeschreibung ohne Datum liegen diese Güter: in campo versus Oppinheim — vffe deme dunnisdale — vffe deme hungirsbuhele — vffe deme cruce Reine — vffe deme fronhobe — nydewendic vffe den wysin — by Klobelauche — an der marke — by hern Wernhere dem rittere — by dem mulinburnin — an der kiselisgrubin — gen Lurzewilere wege — an deme langin hasele — vffe deme cvdindale — in deme duvelisc Loche — by den frauwin fon Oppinheim — vffe der boundin; in campo versus Badinheim — vffe Hunkelis ackere by Klobelauche — vffe deme grasewege da selbis — an deme hainbussche — vffe deme berge an de stuckelin — vffe der zungin — vffe deme sanitswilre by den frauwin fon s. Clarin — vffe der kysilgrubin — vffe der nailwysin.

in pristino, Johanne dicto prister, Heinrico dicto Lewensteinre et a. q. pl. *)

Dat. a. d. M.CCC.III, in die b. Vincentii mart.

(Mit Siegel Siegfrieds von Eppenstein an rother Schnur.)

Nr. 312.

1303 (17. Febr.) Henricus miles de Brvningesheim et Jutta collateralis ejus recognoscimus, quod omnia bona nostra in villa Operode sita vendidimus monasterio de Arnespurg pro lxxxviii marcis denar. colon., statuentes ei fidejussores subscriptos, videlicet Margwardum militem de Brvningesheim fratrem mei Henrici, Wilhelmum dictum Vlnere de Dypurg et Heylemannum advocatum de Bonemese.

Dat. a. d. M.CCC.III, domin. prox. a. diem. kathed. b. Petri.

(Mit Siegel des Ausstellers.)

Nr. 313.

1303 (im März.) Noverint universi, quod nos Conradus pistor dictus de Konincgisberg et Benigna conjuges, cives wetflar., et Henricus clericus dictus Blide, sororius et frater noster, vendidimus Burchardo dicto Kalp, perpetuo vicario in ecclesia wetflar., iv maldra siliginis de consensu Aleydis, socrus et matris nostrae, consentientibus etiam Henrico dicto de Sinde et Syfrido, sororio et fratre nostris,

---

*) Nach einem Güterverzeichnisse ohne Datum sind diese Güter gelegen: gene Johanne der heizith prister vnd Cusen von Husen — an deme lehin — an deme Sezzelinge — an deme Ryde — an deme bynegarten — an deme felde gen Harpach — an deme Lusebuhele by Hanneman fon Mence — vffe deme Lewin by den wingartin — in in den bettin dy wordin gekauft vmme Johannin pristerin — vbir den hagir weg — vffe der zyheldin — vffe den velde gen Wyesebadin in Delkinheimer Ryde zhussin hern Marquarde fon Redilnheim vnd Cunen Knybin — in Nordirstadir Ryth — an den laich weg — vf Lulemannis morgen, den he hath gesazt zu vndirpande den fon deme duschin hus; vffe de velde gen Menze — an Redilnheimir lande — vffe den bundin.

ex omnibus bonis in villa Dudenhoben sitis. — Testes: Hartradus Blide, Hartradus de Herlisheim, Conradus Crawe, Conradus de Kazzenvort scabini.

Dat. a. d. M.CCC.III, mense marcio.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 314.

1303 (10. Mai.) Notum facimus, quod ego Hartmudus miles dictus Schuzesper, nec non Conegundis, mea conthoralis, vendidimus monasterio in Arnsburg nemoris partem cum fundo et cum omni jure, sicut ad nos jure haereditario spectare videbatur, quae silva sita est prope villam Alpach et volgariter nuncupatur Hohelere, pro ii marcis denar. cum dimidia. — Testes: Ludewicus de Vronhusen, Henricus ex Curia, Ruelo senior et Ludewicus ex Curia scabini in Marpurg et a. q. pl.

Dat a. d. M.CCC.III, vi idus maii.

(Siegel der Stadt Marburg fehlt.)

Nr. 315.

1303 (11. Mai.) Universis sit manifestum, quod Fridericus dictus de Rycholvisheim, viniscrotarius, civis magunt., coram Volgmaro, saeculari judice magunt., personaliter constitutus, domum unam infra muros maguntinenses, in fossato versus Selhoviam prope curiam camerarii sitam, eidem camerario, videlicet Ph. domino de Gudenberg militi, annuatim i solidum denar. solventem, tradidit monasterio in Arnsburg, Petro cive magunt. dicto de Arnsborg, praefatae domus donationem, utpote sindico ejusdem monasterii, suscipiente praefato conventui optinendam. Et ad horum praemissorum observantiam tam praedictus Fridericus pro se, atque antedictus Petrus nomine praefati conventus, per cautionem judiciariam, quae borgen vulgariter dicitur, se utrobique in solidum astrinxerunt. — Praesentibus: ante-

dicto Petro, Heilmanno pistore dicto Swap et Cunrado sellatore civibus magunt.

A. d. M.CCC.III, sabb. ante ascencens. dom. prox.*)

(Mit Siegel des Ausstellers.)

Nr. 316.

1303 (19. Mai.) Iudices s. mogunt. sedis notum facimus, quod coram nobis constitutis Helfrico Walt et Elizabet uxore ejus de Ebirnsheim, iidem conjuges recognoverunt, quod xl jugera agrorum terrae arabilis, sita in terminis villae Ebirnsheim, et curiam unam, sitam bi dem angere, cum omnibus juribus et pertinenciis suis in judicio dictae villae, coram sculteto et scabinis ibidem praesidentibus, monasterio in Arnsburg vendiderunt pro lii marcis denar. et uno solido col., prout praefati conjuges, venditione et resignatione peractis, bona praescripta a monasterio pro pensione persolvenda, locationis titulo receperunt, jure haereditario possidenda. — Testes: Petrus de longa curia civis mogunt., . . . dictus Walt frater dicti Helfrici, Petrus frater plebani in Ebirnsheim, Sifridus de Frankinvord, Theodericus dictus Krappe scultetus dictae villae et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.III, xiv kal. junii.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 317.

1303 (27. Mai.) Noverint universi, quod ego Walterus de Kinzenbach, civis wetflar., consentientibus pueris

---

*) Eine gleiche Urkunde von demselben Datum enthält noch weiter den folg. Schluß vom 21. Juli 1304: Dicti quoque judex atque cives praemissa coram se rite fuisse peracta, ad monitionem Joh. militis dicti Swap, sculteti magunt., judicio praesidentis, postmodum sub juramentis eorum in judicio publice recitarunt, praesentibus Johanne et Craftone judicibus, C. de Cacuba, Jo. Longo, Haftone et Nicolao advocatis, Volrado, Hertwino, Cristiano, Beumundo, H. Langenase, H. pilleario et C. Modrario budell. ac a. q. pl. civibus magunt. Fer. iv p. nativ. b. Joh. bapt. quando respublica agebatur. (Mit 4 Siegeln.)

meis omnibus, Bertholdo, Methilde, Gerdrude, Irmengarde et Jutta, bona mea mere proprietaria, quae Syfridus dictus Heckennere in terminis villae de Kirchgunse sita, habuit, dedi monasterio in Arnsburg per modum concambii pro bonis suis in terminis villarum Huchilheim et Kroppach sitis. — Testes: Hermannus Selege, Conradus de Kazzenvort scabini wetflar. et a. q. pl.

Dat. M.CCC.III. in crast. fest. pentecostes.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 318.

1303 (28. Mai.) Nos Petrus abbas, totusque conventus monasterii s. Jacobi extra muros mogunt. recognoscimus, quod Godefridus dictus Helbeling et Guda, uxor ejus, cives in Oppenheim, publice sunt confessi, se vendidisse monasterio in Arnsburg xli jugera cum dimidio terrae arabilis et xii mannesgemat pratorum sita in terminis villae Gensen pro xlii marcis denar. col., quae quidem bona iidem conjuges in judicio villae Gensen ab abbate et conventu monasterii supradicti pro pensione xx maldrorum tritici locationis titulo receperunt, promittentes, pensionem eandem monasterio praesentare Moguntiae ad litus Reni prope portam piscium.

Dat. a. d. M.CCC.III, in die b. Wylheylmi epis. et conf.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 319.

1303 (10. Juni.) Nos Henricus miles de Caczinellinbogin dictus de Aldindorf et Lucardis, uxor ejus, recognoscimus, quod nos omnia bona nostra in villa superiore Wllinstad sita, quae nobis a Wernhero quondam milite dicto de Beldersheim, patre meae Lucardis et socero mei Henrici, ex divisione haereditaria, quae vulgariter dateil nuncupatur, derivabantur, Hedewigi, relictae quondam Friderici dicti Kachilhart, civis frankenvord., vendidimus pro

cl marcis denar., resignantes, quod eciam fecit Cunradus dictus Colbindensel miles de Beldersheim, quem quoad ipsa bona procuratorem seu mundiburdum nostrum constitueramus, omni juri sive actioni. Statuimus etiam praelibatae Hedewigi fidejussores: Fridericum dictum Dvgel seniorem, Cunradum de Hatzichinstein, Cunradum de Erlebach milites et Cunradum dictum de Heldebergin civem frankenford. — Testes: Henricus advocatus de Erlebach miles, Sifridus dictus de Gysenheim scabinus frankenford., frater Wernherus et frater Fridericus procuratores curiarum monasteriorum de Arnesburg et de Schonenouwe in Frankenford, Henricus scultetus, scabini et alii incolae dictae villae Wllinstad, Wigandus dictus Elwinstedere de Acarbin, Gerlacus dictus Ruzso de inferiore Wllinstad et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.III, in vig. b. Barnabae apost.

(Mit Siegel des Ausstellers, Conrads Colbendensels u. d. St. Frankfurt.)

Nr. 320.

1303 (10. Juli.) Nos Kuno miles de Gyzin dictus Halbir et Heddewigis conjuges profitemur, quod omnia bona nostra in villa, quae Grozinlindin dicitur, sita, in remissionem omnium peccatorum nostrorum et omnium progenitorum nostrorum, contulimus monasterio in Arnsburg. — Testes: Senandus, Hermannus frater suus, Eckehardus ejusdem Her. filius, Wernherus de Lindin et .... dictus Kalph milites, castellani in Gyzin, Ludewicus pistor, Gerlacus dictus Treiflesch, Eckehardus sutor scabini ibidem et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.III, vi idus julii.

(Mit Siegel der Stadt Gießen, das Siegel des Ausstellers fehlt.)

Nr. 321.

1303 (2. Okt.) Ego Conemannus carnifex et Aleydis, uxor mea, cives wetflar., recognoscimus, quod nos tenemur solvere monasterio in Arnisburg xxx talenta sepi de macello

nostro, sito infra muros wetflarienses et inter macella cotidiana, cujus jus proprietarium ad dictos religiosos pertinere dinoscitur. — Testes: Hermannus dictus Selege, Hartradus de Herlisheim scabini wetflar. et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.III, in crast. b. Remigii.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 322.

1303 (29. Okt.) Wikerus de Ariete et Katherina, uxor ejus, cives frankenvord., profitemur, quod nos vendidimus monasterio de Arnsburg viii. octalia siliginis super uno manso proprietario in terminis superioris villae Dorveldin sito, quem Gerlacus miles de Rorbach quondam cum Jutta, uxore sua de Croninberg, emerat apud Wolframum campanarium dictae villae Dorveldin, pro xxi. marcis denar. col., constituentes fidejussores Jacobum dictum Goltstein et Ludewicum dictum de Lympurg cives frankinvord. — Testes: Hertwicus de alta domo, Cunradus de Spira, Johannes Goltstein scabini, Jacobus Goltstein et Ludewicus de Lympurg praedicti et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.III, in crast. b. Symonis et Judae apost.

(Mit Siegel der Stadt Frankfurt.)

Nr. 323.

1303 (7. Dec.) Ich Friderich, Gerhart myn bruder, mit Ortbruna vnser swester, dun kunt, daz wir vercigen han des hobes zu Rotdenbach, den der Cranech verkauft hat deme Clostere zu Arnesburg vnt den dazselbe gelehnt hat Symone vnseme stiffatder vnde Kunegunde vnser mutder ir lybgedinge zu rechlicheme erbe. — Zeugen: Bertdoldt der prister eyn vicarius der parre zu Frideberg, Wernher eyn prister eyn vicarius der parre zu Rotdenbach, Conrad sin bruder auch eyn prister, Gernod von Rodenbach u. a. m.

G. n. Chr. geb. m.ccc.iii, a. d. nehst. samest. n. s. Nycol. dage.

(Mit Siegel Hartmanns v. Buches; das seines Bruders Weygand fehlt.)

Nr. 324.

1303 (20. Dec.) Nos Ludewicus dictus Kremere et Hildemudis conjuges, cives wetflar., legavimus viii. solidos den. colon. quos habere dinoscimur in domo quondam Henrici dicti Kremeris, patris ac soceri nostri, infra muros wetflarienses sita sub tuguriis, quam nunc habet Volpertus dictus an dem orte, altaribus infra scriptis, videlicet altari superiori in carcere, quo reconduntur ossa mortuorum, aedificato Conrado de Marburg nunc officianti ii. solidos, altari b. Margaretae virginis supra turrim in ecclesia wetflar. aedificato ii. solidos et altari in capella monachorum de Arnisburg in Wetflaria aedificato ii. solidos et altari s. crucis in monasterio minorum wetflar. aedificato ii. solidos, pro augmentatione lampadis ibidem conburentis in nostri nostrorumque parentum memoriam. — Testes: Hermannus Selege, Conradus Crawe, Rulo Reye scabini wetflar. et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.III, in vig. b. Thomae apost.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 325.

1304 (5. Febr.) Nos Philippus decanus ecclesiae frankenvord. judex causarum monasterii in Arnesburg, et Heinricus dictus Fleming miles, scultetus in villa Munsterlyderbach, recognoscimus, quod Gyselbertus de Munsterlyderbach omnia bona in terminis villarum Munsterlyderbach et Cadelkamph sitis, quae ipse Gyselbertus et Jutta, quondam uxor ejus, possiderunt et monasterio in Arnesburg pro remedio animarum suarum donaverunt donatione inter vivos, reservato usufructu ad tempora vitae eorum, eidem monasterio vendidit pro liv. marcis denariorum, renuncians pro se et Guda, nunc uxore sua, omni juri sive actioni in praenominatis bonis, sub certis conditionibus. — Testes: Jacobus de Indagine, Emercho de Wolveskelin milites, Gyselbertus subscultetus, Emercho dictus Hering filius Friderici,

Henricus Rufus, Waltherus de Nydernhoven, Rulemannus pistor, Cristianus, Heinricus Stetzzo, Heilemannus Stetzzo, Heinricus Zegelere scabini, Heinricus dictus Wirt, Rychwinus Zegelere, Cuno advocatus in Cadelkamph et a. q. pl. de Munsterlyderbach.

Dat. a. d. M.CCC.IV, i. d. b. Agathae virg. et mart.

(Mit Siegel des Ausstellers und Philipps d. ält. von Minzenberg.)

Nr. 326.

1304 (30. Juni.) Judices s. mogunt. sedis recognoscimus, quod praepositus totusque conventus canonicorum regularium ordinis s. Augustini in Suabeheim confessi fuerunt in jure, quod bona, mansos et jugera terrae arabilis, quae monasterio in Arnsburg pro solvendis sibi quibusdam pensionibus annuis, titulo subpignorationis obligarunt, et per ipsos nullatenus excolantur, postquam negligentes fuerunt in solvenda pensione, promiserunt nihilominus dicti praepositus et conventus ipso monasterio impedimentum in dicto subpignore non praestare.

Act. a. d. M.CCC.IV, ii kal. julii.

(Siegel fehlt.)

Nr. 327.

1304. (6. Juli.) Ego Marquardus dictus de Bruningisheym miles recognosco, quod cum consensu omnium haeredum meorum, videlicet Wyntheri, Gerlaci, filiorum meorum, Cunegundis, Stillae et Lukartis, filiarum mearum, necnon generorum meorum Wylheylmi dicti Vlenere militis ac Heynrici cognomento Fot de Bonenmese, vendidi monasterio in Arnsburg bona mea in villa Dorheym sita pro lxv. marcis col. denar., constituens fidejussores: Gylbertum Orphanum, Gylbertum Leonem, Wyntherum de Bruningisheym in Wyzzinsheym residentem et Heinricum de Bonenmese. — Testes: Heynricus de Dorheym, Cunradus Dymari cives in Frideberg,

Heynricus Greve, Bettoldus dictus Henenbergere, Paulus villani de Dorheym et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.IV, in octav. apost. Petri et Pauli.

(Mit Siegel des Ausstellers und seines Schwiegersohns Wilhelm vorg.)

Nr. 328.

1304 (30. Juli.) Nos Philippus de Valkinstein senior dominus in Minzenberg, imperialis aulae camerarius, recognoscimus, quod nos in remedium animae nostrae, progenitorum et successorum nostrorum, ad ecclesiam parochialem in Bettenhusen redditus xxvi. solidorum lev. denar. donavimus in hunc modum, videlicet quod plebanus dictae ecclesiae, qui pro tempore fuerit, dictos redditus singulis annis perpetuo percipiat, nec non post obitum nostrum et nostrorum successorum, anniversarium nostrum ac ipsorum peragat, de quibus redditibus cingravius in Langisdorf, qui pro tempore fuerit in judicio nostro ibidem, i libram, quae vocatur meygesgelt, congregabit et plebano dictae ecclesiae annis singulis praesentabit, alios quoque vi. solidos Henricus dictus Kerssenhoch, portarius in Minzenberg, de duobus jugeribus terrae arabilis, quae ipse colit vel alter qui pro tempore eadem jugera coluerit, similiter dicto plebano et ejus successoribus annis singulis praesentabit.

Dat. in Lychen a. d. M.CCC.IV, fer. v p. fest. b. Jacobi apost.

(Mit Siegel des Ausstellers.)

Nr. 329.

1304 (22. Aug.) Notum sit, quod ego Wigandus dictus de Akarbin, civis in Frideberg, in remedium animae meae et dominae Gudae, uxoris meae jam defunctae, legavi monasterio in Arnsburg omnia bona mea post obitum meum perpetuo possidenda; eo adjecto, quod de rebus meis mobilibus juxta meum beneplacitum possim eidem conventui pittantias ordinare. Praeterea praefati domini de Arnsburg

hanc mihi fecerunt specialem amicitiam, ut, si mihi incumbit necessitas, bona mea una cum bonis, quae ab ipsis habeo, cum consensu eorum quamdiu vixero possim alteri personae pro censu collocare. — Testes: Henricus de Geylnhusin sacerdos, Henricus dictus Bern, Gilbertus de Ostheym, Jungo de Lympurg et m. a. f.

Dat. a. d. M.CCC.IV, xi kal. septembris.

(Mit Siegel der Stadt Friedberg.)

Nr. 330.

1304. (24. Aug.) Sifridus dominus de Eppinstein et Ysingardis, collateralis nostra, recognoscimus, quod nos de consensu Goddefridi, filii nostri, omni actioni, quam habuimus contra monasterium in Arnsburg super redditibus lxxxv. octalium siliginis super bonis domini Wernheri quondam in Minzenberg, in Erlebach inferiori sitis, renunciavimus. — Testes: Volradus quondam scultetus in Frankinvord, Gyso de Wilebach, Heilmannus filius Theoderici de Prunheim dicti Zeinichin milites et Conradus notarius noster plebanus in Calde.

Dat. a. d. M.CCC.IV, in die b. Bartholomaei apost.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 331.

1304 (im Okt.) Nos judices et scabini civitatis wetflar. recognoscimus, quod Syfridus de Garbenheim, noster concivis, una et fratres sui omnes unanimiter de omni actioni, quas habuerunt adversus monasterium in Arnsburg, super quibusdam bonis,*) in quibus se jus habere crediderunt, renunciarunt arbitrando in arbitros, videlicet in Hermannum Selege, Ernestum de Nuveren, Conradum Crawe et Hardradum de Hirlisheim, nostros conscabinos. — Testes: Goitfridus de Kalsmunt advocatus, Emmericus scultetus, Her-

---

*) Aufschrift: de compositione super bonis in minori Holzheim.

mannus Selege, Heynemannus Gerberti, Ernestus de Nuveren, Conradus Crawe, Conradus de Kazcenvort, Hartradus de Herlisheim, Rulo Reye scabini, item Johannes filius quondam Wygandi Ditthere, Gerhardus Munzere, Berno de Minzenberg, Heyno de Nuveren, Ebirhardus filius Ernesti praedicti, Marclo de Nuveren, Hartmannus de Hirlisheim, cives wetflar. et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.IV, mense octobri.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 332.

1304 (im Okt.) Omnibus innotescat, quod ego Ludewicus, filius quondam Ludewici dicti Schurzcen, concessi jure haereditario Hermanno dicto de Morlebach, Kusae, uxori suae, civibus wetflar., aream unam ex mea haereditate extra portam Selhoven sitam, domui meae et domui Arnoldi dicti Grevere in medio contiguam, extendentem se supra viam, qua itur versus villam Steindorf, pro ii. solidis colon. — Testes: Hermannus Selege, Ernestus de Nuveren scabini wetflar. et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.IV, mense octobri.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 333.

1304 (30. Nov.) Nos scultetus, scabini, consules, caeterique cives in Frideberg, recognoscimus, quod Johannes dictus de Moguntia, nepos quondam Rukeri de Nydehe, et Alheydis conjuges, cives nostri, vendiderunt monasterio in Arnsburg bona sua in Dorheym et Swalheym villarum sita, pro lxxviii. marcis, fidejussorie obligantes Wygandum de Alpach militem, Juvenem filium quondam Wygandi de Lympurg et Fridebertum filium Júvenis, scabinos. — Testes: Heynricus cognomento Bern, Heynricus de Dorheym, Juvenis de Lympurg, Fridebertus filius Juvenis scabini, Hartmannus de Breydinbach, Johannes dictus Bu-

ckulg cives in Frideberg, Bertoldus dictus Henenbergere de Dorheym, Theodericus vicinus suus, Rudulfus gener dominae Almudis, Job Schuzze villani ibidem, Gozzo de Rode, Wygandus de Sualheym et a. q. pl.

Dat a. d. M.CCC.IV, in die b. Andreae apost.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 334.

1305 (4. Jan.) Nos Philippus senior dominus de Minczenberg recognoscimus, quod Henricus dictus Wirt de Munsterlyderbach et Metza, uxor ejus, recognoverunt, se nostro consensu vendidisse monasterio in Arnsburg, super i mansum terrae arabilis situm in terminis villae Munsterlyderbach, de quo praedicti conjuges nobis solvunt cviii. octalia siliginis annuae pensionis, pro xvi. marcis denar. col. et quod iidem conjuges ipsum mansum in manus procuratoris praefati monasterii et officiatorum dictae villae resignarunt. — Testes: Philippus decanus ecclesiae frankenvord., Cunradus plebanus in Munsterlyderbach, Gyselbertus advocatus, Gyselbertus scultetus, Henricus Segelere, Emercho Hering scabini, Bruningus socer Gyselberti et a. q. pl. de Munsterlyderbach.

Dat. a. d. M.CCC.V, fer. ii. a. Epiphaniam dom.

(Mit Siegel des Ausstellers.)

Nr. 335.

1305 (13. Jan.) Ego Marquardus de Redilnheim miles, constare cupio, quod communicata manu haeredum meorum, videlicet Wyntheri, Gerlaci, filiorum meorum, Cunigundis, Styllae, Lukartis, filiarum mearum, Wylheylmi cognomento Vlenere militis et Heynrici dicti Fot de Bonenmese, generorum meorum, vendidi monasterio in Arnsburg bona mea mere propria, videlicet mansum unum, vii. jugera et dimidium juger terrae arabilis unius areae juxta curiam Heynrici dicti Monich sitae ac petiae cujusdam prati medie-

tatem in Byenheym, pro lvi. marcis et fertone, fidejussores obligantes Gylbertum dictum Scheylme, Gylbertum Leonem de Steinfurd et Wylheylmum Orphanum milites. — Testes: Gozzo Baurus scultetus, Gerlacus dictus Cunez de Eiminc-heym, Gylbertus Scheylme de Bergin, Gylbertus Leo de Steinfurd, Wylheylmus Orphanus, Petrus de Bertholdisheym milites, Johannes scolasticus in Frankinfurd, Gernodus Schyndebog de Alsheym filius Nycholai, Culmannus de Ovinbach scabinus, Wykerus fon deme Wedere cives in Frankinfurd, Heynricus Berno, Eyglo filius Juvenis, Nycholaus Berno scabini in Frideberg, scultetus villae Bienheym, Bertoldus scultetus, Cunradus Bisschof, Heynricus piscator, Heynricus de Loukene villani de Bonenmese et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.V, in oct. Epiphaniae dom.

(Mit Siegel des Ausstellers und seines Schwiegersohns Wilhelm (von Dietpurg) Ritters obgen.)

Nr. 336.

1305 (13. Jan.) Universis pateat, quod ego Wylheylmus cognomento Vlenere miles et Heynricus dictus Fot de Bonenmese monasterio in Arnsburg, pro quadam renunciatione facienda ipsis per Lukartim, sororem uxorum nostrarum, videlicet Cunigundis et Styllae, ratione quorundam bonorum, eisdem religiosis a Marquardo de Redilnheym, nostro socere, milite, in Dorheym ac in Byenheym villis venditorum, nos fidejussorie obligamus. — Testes: Gozzo dictus Baurus scultetus, Gerlacus dictus Cunez milites, Culmannus de Ovinbach scabinus, Wykerus zv deme wedere cives in Frankinfurd.

Dat. a. d. M.CCC.V, in oct. Epiphaniae dom.

(Mit Siegel des Ritters Wilhelm obgen.)

Nr. 337.

1305 (16. März.) Judices s. magunt. sedis recognoscimus, quod constitutis in figura judicii coram nobis fratre

Gerlaco converso, sindico abbatis et conventus monasterii in Arnsburg, nomine procuratorio et pro ipsis ex una parte, et Jacobo laico de Gensen et Lukarde, uxore ejus, ex parte altera, idem sindicus bona dicti monasterii sita in villa Gensen, quae olim fuerunt conjugum praedictorum, quorum bonorum specificatio et situs tales sunt, videlicet area sita in villa Gensen, prope curiam dominorum de s. Jacobo, item vi. jugera terrae arabilis vber der wysen, quae fuerunt olim monachorum de Erbach, item iv. jugera terrae zu wehehorn, item in campo of me Suinsz Bole vi. jugera, item ii. jugera et dimidium amme Stutwege, item ii. jugera et dimidium zu Breyden Erden, item ii. et dimidium jugera terrae hinder deme Harwege, item in campo mittelfelt ii. jugera an deme houwege, item ii. jugera apud Wernherum Valletore, item i. et dimidium jugera an deme Gere, item i. juger et dimidium offe deme Geraerwege, item juger terrae offe den mittelwege prope Gotzonem dictum Helbeling, item in campo dicto an der tammerslagghen ii. jugera, item ii. jugera ibidem prope, item in eodem campo ii. jugera prope Heinricum dictum Gysele, item ii. jugera offe Wolfhartszwege lange, item dimidium juger offe den flure, item in pratis vi. dicta vulgariter mannesgemayt in deme morter velde, item i. mannesgemayt an der Suterszen, item dimidium mannesmait an den Boele, item i. et dimidium mannesmait an der krummen lagghen, item ibidem i. mannesmait, item i. mannesgemait an der loen, item i. mannesmait an der Ritwysen, eisdem conjugibus locavit pro annua et perpetua pensione xx. maldrorum tritici, magunt. mensurae, ita sane, quod dicti conjuges singulis annis de dictis jugeribus xl. den. magunt. persolvent, videlicet xxviii. denar. monasterio s. Jacobi, item domino in castro imehain xlvi. denar., item vi. den. capellae s. Ulrici, iv. den. an der Stegen in triburio, item in castro praedicto v. cappones, item in eodem ix. dictam kumpe partim tritici et partim siliginis, obligantes pro subpignore duas

curias eorum sitas in villa Gensen, unam an dem valletore et aliam ex opposito ecclesiae ibidem. *)

Dat. a. d. M. CCC.V, in vig. b. Gertrudis virg.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 338.

1305 (16. Mai.) Nos officiales, scabini, consules, caeterique cives in Weytflaria notum facimus, quod Albertus dictus Mennichin de Langingunse ac Alheydis conjuges, nostri concives, renuntiaverunt coram nobis omnibus bonis, videlicet curiarum, agrorum ac molendini in dicta villa Langingunse, quae a monasterio in Arnesburg jure colonario possederunt. — Testes: Gerlacus Cimmerman, Gerhardus Munzere et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.V, in dom. q. cant. Cantate dom. canticum.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 339.

1305 (5. Aug.) Nos Gerhardus miles dictus Store et Halheydis conjuges recognoscimus, quod in remissionem peccaminum nostrorum et omnium progenitorum nostrorum donavimus monasterio de Arnsburg omnia bona nostra in Ricolfiskirchen et in Leitgesteren sita. — Testes: Her. de Buchesecke et Crafto de Rudinhusin milites, C. de cellario et Eckardus sutor scabini in Gizen et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.V, nonas augusti.

(Mit Siegel des Ausstellers.)

---

*) 1305 (2. Apr.) Eine gleiche Urkunde für Gotzo gen. Helbeling von Gensen und Guda seine Hausfrau enthält noch folgende weitere Ortsbezeichnungen: „anden Nuhzen, offer kelresgruben, bi den Boelen, prope Ebernandum, prope Cunradum de Kame, an der Oester vurch, an den lutzen morgen, apud Wernherum dictum Blumen, prope Bechtam, bi deme dyghe an der hecken, prope Henricum Gysele, an deme vordern velde, prope Theodericum scultetum, prope Hartmudum advocatum, prope Hermannum de Altloch, prope Ebernandum, ofme Enecleggheliu, an den Scharegeren, an der mannislechelin.“

Nr. 340.

1305 (11. Sept.) Ego Gysilbertus et Guda conjuges de Munsterlyderbach profitemur, quod monasterio in Arnsburg vi. jugera et dimidium terrae arabilis et pratorum, item i. juger vndir deme steyne in terminis villae Munsterliderbach sita, vendidimus, quae quidem bona mihi Gudae et non marito meo praedicto jure colonario concesserunt pro xvi. solidis denar., et iv. jugera, videlicet i. juger in deme dyche, ii. jugera ober den sodir weg iuxta agrum Godfridi de Delkilnheym, i. juger an deme Vlneris lohe titulo subpignoris obligavi. — Testes: Flemingus miles et scultetus, Heynricus advocatus, Hartlibus Rasor, Emircho Herinc, Heynricus Wirt, Heynricus Zigelere, Rulemannus, Heynricus Rufus scabini dictae villae, et Bruningus pater dictae Gudae.

Dat. a. d. M.CCC. V, i. d. b. mart. Prothi et Jacincti.

(Das Siegel Philipps d. ält. von Minzenberg fehlt.)

Nr. 341.

1305 (28. Sept.) Notum sit, quod ego Jungo dictus Pannensmit, civis fridebergensis, recognosco, me vendidisse Wortwino institori, civi frideberg., Irmengardi, uxori suae, ac omnibus haeredibus suis i. marcam denar. annui redditus super bonis meis, videlicet iv. sol. col, denar. super horto quodam herbarum et alios viii. sol. denar. col. super ii. particulis terrae aratoriae, quarum una sita est prope rubetum dictum rupenbush, alia quoque prope fluvium, quod dicitur Vrloch, singulis annis solvendam. — Testes: Berno, Jungo de Lympurg, Angelus de Sassin, Gerlacus judex, Rulo scabini et Heynricus de tempore cives fridebergenses.

Dat. a. d. M.CCC.V, iv kal. octobris.

(Mit Siegel der Stadt Friedberg.)

Nr. 342.

1305 (25. Nov.) Nos scultetus, scabini, consules, caeterique cives in Mynzinberg recognoscimus, quod Gerdrudis beckina dicta de Dahindail, nostra concivis, facta donatione inter vivos, contulit monasterio in Arnsburg bona sua sive redditus suos, quae vel quos habuit ex parentum suorum successione in villis subscriptis, videlicet in Sodele i. mansum cum iii. jugeribus terrae arabilis, aream unam cum prato, ibidem ix. solidos denar. super curia et i. jugere cum dimidio vinearum Friderici dicti Gruzeris; in Dahindail ii. octalia siliginis, vii. solid. denar. et ii. pullos super viii. jugeribus ac dimidio terrae fructiferae, annui census, a parentibus praedicti G. emptos, in remedium animarum parentum suorum necnon suae animae. — Testes: Wenzelo dictus Cleinekof, Hermannus Gutwyni, Wygandus ante portam, Johannes filius Heylmanni cives in Mynzinberg, fratres Rudegerus, Cunradus dictus Weydelere monachi in Arnsburg et a. p. pl.

Dat. a. d. M.CCC.V, in die b. Katherinae virg. et mart.

(Mit Siegel der Stadt Minzenberg.)

Nr. 343.

1306 (14. Febr.) Nos Hermannus dictus Judeus, oppidanus in Lych, et Metza, collateralis nostra, recognoscimus, quod v. jugera pratorum cum dimidio apud molendinum dictum Wisemule sita, quorum unum Brunkewise et reliquum Rorewise appellatur, monasterio in Arnsburg pro xiii. marcis denar. col. vendidimus. Praeterea praedicto monasterio ii. jugera cum dimidio, quae quondam fuerunt Edelingi, oppidani in Grunenberg, et iii. jugera agrorum terrae arabilis, quae quondam fuerunt Thammonis militis, sita vfme drisloch, pro subpignore obligavimus, ita sane, quod omne dampnum, quod dictum abbatem et conventum ratione census, quem de dictis pratis Philippo domino in Minzenberg

seniori et ejus haeredibus singulis annis solvere tenebamur, sustinere contigerit, ad praedicta jugera ipsis pro subpignore obligata respectum habeant, quem censum praedicto domino Philippo et post eum suis haeredibus de praefatis jugeribus pro subpignore obligatis, deinceps persolvemus. — Testes: Hermannus viceplebanus in Lych, Fridericus viceplebanus in Alpach, Eckehardus capellanus in Lych, Mengotus de Hohinburg, Mengotus de Westwich, Rudolfus de Rodenscheit castrenses, Hartmannus de Husen, Cunradus carnifex et Henricus dictus Schoube scabini et a. q. pl. f.

Act. a. d. M.CCC.VI, in die Valentini.

(Mit Siegel der Stadt Lich.)

Nr. 344.

1306 (16. Febr.) Noverint universi, quod nos Syfridus, Goitfridus, Theodericus et Welricus fratres, filii quondam Goitfridi fabri de Lempe, renunciavimus omni actioni nobis competenti in bonis quibusdam sitis in villa de Wennigenholzheim, transferentes omne jus nostrum in eisdem bonis in manus monasterii in Arnsburg pro certa summa pecuniae. — Testes: Hermannus Selege, Gerlacus Cimmerman scabini.

Dat. a. d. M.CCC.VI, in die cinerum.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 345.

1306 (1. Mai.) Universis cupimus fore notum, quod nos Heinricus praepositus, totusque conventus regularium canonicorum ecclesiae scheffenburgensis pro xxiii. marcis vendidimus pratum quoddam situm in Svalheim Craftoni de Beldersheim militi, cum omni jure, quo apud Eberwinum juvenem Gruem suamque uxorem emimus annis jam duodecim, perpetuo possidendo. — Testes: Hartmudus de Eil-

kerhusen, Happlo de Drahe, Crafto Juvenis milites et Johannes de Berstad et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.VI, kal. mai.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 346.

1306 (23. Juni.) Ego Wernherus cognomento Wyse et Yrmingartis, conjuges, cives in Minzinberg, notum facimus, quod nomine fratris Heynrici, filii nostri, in monasterio Arnsburg existentis, ipsum monasterium cum omnibus bonis nostris haereditavimus, ita videlicet, quod monasterium memoratum post obitum nostrum omnia bona nostra, quae reliquerimus, cum haeredibus nostris, qui superstites fuerint, condividant aequa lance. — Testes: Crafto de Beldirsheym junior scultetus, Heynricus dictus Qvythelin, Anshelmus de Gambach, Hermannus Gutwini, Wygandus ante portam, scabini, Theodericus dictus Wangescere, cives in Mynzinberg et a. q. pl.

Dat. in Mynzinberg a. d. M. CCC.VI, in vig. b. Johannis bapt.

(Mit Siegel der Stadt Minzenberg.)

Nr. 347.

1306 (13. Juli) Bartholomaeus tridentin. episcopus concedit indulgentias xl. dierum capellae s. Katerinae in Wetflaria monasterii de Arnsburg.

Dat. Wetflariae a. d. M.CCC.VI, i. d. sollemp. virg. et mart. Margaritae.

(Mit Siegel des Bischofs in rothem Wachse.)

Nr. 348.

1306 (14. Okt.) Nos Wintherus miles et Cuno armiger de Bruningesheim fratres, filii quondam Erwini militis de Bruningesheim, profitemur, quod cum abbas et conventus in Arnesburg emerint erga Margwardum militem de Brvnin-

gesheim, consanguineum nostrum, bona, quae in villa Acruftele possedit, cujus villae jurisdictio nostra est, nos eisdem religiosis indulgemus, ut per se vel suos colonos omnia ipsis utilia in antedicta villa, tanquam si ipsa esset ipsorum propria, agere debeant et per specialem suum pastorem ovile et oves in ipsa villa pascere et tenere.

Dat a. d. M.CCC.VI, in die b. Calixti.

(Mit Siegel der Aussteller, das erstere in grünem Wachse.)

Nr. 349.

1306 (20. Okt.) Ego Cristina beckina de Minzinberg notum facio, quod ego et Jutta, quondam soror mea, dimidium mansum nostrum situm in Wanebach, ante aliquos annos in remissionem peccatorum nostrorum et omnium progenitorum nostrorum monasterio in Arnsburg contulimus in puram elemosinam simpliciter propter deum. — Testes: Anshelmus senior, Wigandus ante valvam, Anshelmus junior scabini, Theodericus dictus Weyngezzere, Reinhardus cognomento Shezzere et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.VI, in vig. xi. mill. virginum beat.

(Mit gemeinschaftlichem Siegel der Burgmänner u. d. Stadt Minzenberg.)

Nr. 350.

1306 (10. Nov.) Ich Heinrich ein ryttere hern Wintirs sun von Bruningisheim vnt ich Wynthere ein ryttere vnt ich Kune ein knecht hern Erwinis sune eins rytteris fon Bruningisheim, dun kunt, daz wyr redin myth hern Cunrade fon Beldirsheim deme grozin kelnere fon Arnisburg zu Acruffele in daz dorf, daz vnsir dryir ist, vnt sezin nydir myt deme dingwarte vnt byualhin yn, daz sy vns byschydin, waz wyr zu rechte habin suldin fon der herschefte wegin, des gyngin si vz vnt quamin wydir vnt sprachin alſo, daz sy suldin habin einin herrin vnt einin scholtheizin, vnt daz wyr hettin zu rechtir gulde in deme dorf zu Acruffele vnd vffe den hubin vnt den ludin eilf achdeil kornis ꝛc. auch bysadin

sy daz swer da myssedede daz wir dar naich suldin rychtin alse dy myssedait were. Da sy dyt einmundeliche bysadin, da lachtin sy dy hende vffe dy heilegin vnt swurin, daz wir dyt suldin habin zu rechte in dem forgenantin dorfe. — Zeugen: Dyderich der scholtheize, Herburt Cruftelere, Friderich Fiffhere, Cunrat Dubere, Heinrich Wolinberin sun, Heinrich Kelrman, Jacob Reinbodin sun, Herburt Finke, Beumunt, Geirlach Wyze, Dyle, Pedir vnt Cunrat dy da Grawin heizin, Wernhere vnt Stezze der frauwin Lantsidele fon deme throne, Wygant Wolkinschudere, Arnold fon Heidirsheim vnt Mengoz fon Hedirsheim u. a. m.

G. n. Chr. g. m.ccc.vi, an mertinis Abinde.

(Mit den Siegeln der Aussteller.)

Nr. 351.

1306 (6. Dec.) Ego Syplo dictus Bumeistir et Bettha, uxor mea, cives in Friedeberg, facimus manifestum, quod vendidimus monasterio in Arnsburg bona nostra, videlicet unum dimidium mansum in terminis villae Sodele sita, pro xv. marcis denariorum. — Testes: Wygandus ante portam, Wygandus carnifex scabini, Theodericus Wangeszere, Reynhardus Schazzere, Rudulfus de Dudinhoven, Johannes frater meus, cives in Mynzinberg et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.VI, in die b. Nycholai episc. et conf.

(Mit Siegel der Stadt Minzenberg.)

Nr. 352.

1307 (8. März.) Ego Kvno de Butspach cognomento Bansiche, civis in Frideberg, recognosco, quod communicata manu puerorum meorum utriusque sexus, videlicet Friderici, Wygandi, Heynrici, Dytwini, filiorum meorum, Alheydis, Juttae ac Yrmindrudis, filiarum mearum, vendidi monasterio in Arnsburg mansum unum terrae arabilis, qui fuit quondam Wygandi dicti ante portam, civis in Mynzinberg, in campis dictae villae Butspach situm, pro xl. mar-

cis denar. — Testes: Heynricus de Dorheym, Nycholaus Berno scabini, Heynricus Berno senior, Gylbertus Bansicho frater meus et a. q. pl. cives in Frideberg.

Dat. a. d. M.CCC.VII, in iv fer. p. domin. q. cant. laet.

(Mit Siegel der Stadt Friedberg.)

Nr. 353.

1307 (17. März.) Ich Winter en rittir von Bruningisheym wilint ern Erwinis sun von Bruningisheym dun kunt, dayz ich xii. marc bin schuldich den herrin von Arnsburch, dy sye mir luin vmme dayz virde deyl deys dorfis zu Acrustele, dayz ich caufthe vmme minin mayc ern marquarte.

Dat. a. d. M.CCC.VII, vi fer. p. iudica.

(Mit Siegel der Ausſteller.)

Nr. 354.

1307 (März.) Noverint universi, quod ego Methildis begina, filia quondam Isendrudis dicta Dittheren, civis wetflar., dedi donatione facta inter vivos monasterio in Arnisburg de bonis meis in villa de Reinburnen sitis, in me ex successione haereditaria ex morte parentum meorum devolutis, mansum unum terrae arabilis, hac conditione, ut praedicti religiosi mihi quoad vixero persolvent vii. maldra siliginis, me autem mortua de hac pensione iv. maldra cedent Cysae meae consanguineae, filiae quondam Henrici de Herlisheim et Heydewigi meae famulae. — Testes: Hermannus Selege, Johannes Beyir scabini wetflar.

Dat. a. d. M.CCC.VII, mense marcio.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 355.

1307 (März.) Nos Syfridus sacerdos, Henricus, Conradus dictus Oppirman, Kristina uxor mea et Henricus de Sinde, pueri quondam Syfridi dicti Bliden, civis wetflar., protestamur, quod tenemur solvere annis singulis ex om-

nibus bonis nostris in villa de Dudinhobin sitis, i. maldrum siliginis hospitali Christi pauperum in Wetflaria. — Testes: Hermannus Selege, Gerlacus Cimmerman scabini et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.VII, mense marcio.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 356.

1307 (14. Juni.) Nos Philippus et Philippus de Falkensteyn domini in Minzenberg, recognoscimus, quod cum Ebirhardus de Byringheim, civis in Wetflaria, et Jutta uxor ejus, omnia bona, videlicet in agris, pratis et in communi marka in villa Palheym sita, quae a nobis in feodo dependent, apud Gerdrudim, relictam quondam Wenzelonis militis de Colhusen, Zabelonem militem, Theodericum et Johannem fratres, filios dictae Gerdrudis, pro certa pecuniae quantitate compararint, nos ad supplicationem Ger. et suorum filiorum praedictorum, praefata bona saepedictis conjugibus proprietavimus et huic emtioni nostrum adhibentes consensum. — Testes: Ortho cintgravius de Holzheim, Guntramus de Byringheim, Johannes de Palheym, Markelo de Colhusen, Gylo de Holzheym cognatus Erwini militis de Colhusen, Heilmannus filius Wigandi de Bergheym et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.VII, fer. iv. ante Viti.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 357.

1307 (1. Juli.) Nos Philippus de Valkenstein dominus in Minzinberg, imperialis aulae camerarius et Vdilhildis, conjuges, recognoscimus, quod nos vendidimus monasterio in Arnsborg hos redditus de bonis nostris omnino propriis, videlicet in Gruningen ix. octalia siliginis de filiis Wernheri dicti Scholler et eorum haeredibus, item v. solidos denar. levium a Reinhardo dicto Schetzer et ejus haeredibus, item v. solidos denar. ab Emerchone Wideradi, item v. solidos denar. a. Gerloco dicto Schetzer, item Mechthildi in

monte dictae v. solidos denar., item a pueris Siffridi ii. solidos denar., item ii. solidos denar. a Heinrico filio Wigandi, item ii. solidos a Guda Minzildrudin, item vi. solidos denar. quidam alter ibidem, item in Gulla iii. octalia siliginis, item in Eberstad xii. octalia tritici et xxii. solidos cum dimidio denar., item in Hobewizola xii. octalia siliginis, item in superiori Hergern xii. octalia, pro l. libris hallensium. — Testes et fidejussores: Heinricus de Pingesten, Wigandus de Buches et Crafto de Beldersheim junior milites, et Gilbertus Niger de Eberstad.

Dat. a. d. M.CCC.VII, kal. julii.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 358.

1307 (13. Juli.) Omnibus innotescat, quod ego Conradus de Dalheim armiger, de consensu Konegundis meae conthoralis, vendidi monasterio in Arnisburg jus meum cujusdam agri siti in der auwe prope Dalheim ex adverso molendini dicti Ropodinmolin, qui cessit monasterio ratione successionis haereditariae ex parte fratris Gernandi, eorum commonachii, filii quondam Hermanni dicti Munzere. — Testes: Hermannus Selege, Heynemannus Gerberti, Conradus de Kazcenvort, Conradus Crawe, Gerlacus Madirsele, Johannes Beyir scabini wetflar. et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.VII, in crast. Margaretae virg.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 359.

1307 (23 Aug.) Noverint universi, quod cum inter monasterium in Arnspurch ex una, et cognatos ac affines proximiores quondam Guntrami de Holtzheim, opidani frankenford., super bonis ipsius quondam Guntrami mobilibus ex parte altera, quaestio verteretur, ac per dictum monasterium in Johannem de Beldersheym militem et in me Reynhardum de Petterwilre, canonicum ecclesiae frankenford.,

pro parte vero cognatorum et affinium in Gernandum filium Gysonis dicti Hunt militis, armigerum, ac Henricum dictum Geszenere, tamquam in arbitros extiterit conpromissum, nos arbitri testes, quas partes praescriptae producere voluerunt, recepimus, examinatis itaque testibus hujusmodi ac aliis probationibus receptis, habito quoque per me R. praedictum jurisperitorum, militum, scabinorum et aliorum prudentum consilio, ego R. dico et arbitrando pronuncio, eadem bona ad ipsum monasterium debere pertinere de jure.

Dat. a. d. M.CCC.VII, x kal. septembris.

(Mit Siegel der Mainzer Richter.)

Nr. 360.

1307 (9. Okt.) Ego Waltherus, filius quondam Tudonis militis de Birkelor, recognosco, quod vendidi monasterio Arnsburg omnia bona mea mere propria in terminis villae Rendele sita, quae mihi ex successione haereditaria provenerant pro quadam pecuniae summa, eisque fidejussores posui, videlicet Heinricum et Wernherum milites, fratres dictos de Pingistin.

Dat. a. d. M.CCC.VII, in die Dyonisii mart.

(Mit Siegel Heinrichs Ritters von Pinglstin, des Ausstellers, der ein eignes Siegel nicht hat, Verwandten.)

Nr. 361.

1307 (27. Okt.) Noverint universi, quod ego Ludewicus dictus Suzekint et Heydewigis, uxor mea, vendidi Hildegundi, relictae quondam Beringeri de Wylemonstere, civi wetflar., curiam meam in Dudinhoben sitam, quam possidebat quondam Conradus dictus Scharppinstein, et omnia bona mea in eadem villa sita, in me ex morte quondam Wygandi dicti Dytthere, soceri mei, devoluta. — Testes: Hermannus Selege, Conradus de Kaczenvort, Rulo Reye, Gerlacus Cimmerman scabini wetflar. et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.VII, in vig. b. apost. Symonis et Judae.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 362.

1307 (5. Dec.) Noverint universi, quod nos Hermannus de Olmene et Heydindrudis conjuges, cives wetflar., contulimus monasterio Arnsburg omnia bona nostra in villa Morle inferiori*) in puram elemosinam progenitorum nostrorum, ab ipsis proprietatis titulo in perpetuum possidenda, sub certis conditionibus. — Testes: Cunradus de Cornice et Gerlacus dictus Zymmirman scabini opidi wetflariensis.

Dat. a. d. M.CCC.VII, in vig. b. Nicolai episc. et confess.

(Siegel der Stadt Wetzlar fehlt.)

Nr. 363.

1308 (13. Jan.) Nos Phylippus senior et Phylippus junior dicti de Falkinstein domini in Mynzinberg, constare cupimus, quod monasterium in Arnsburg ex parte una, Guntramus filius Wyntheri de Holzheym, Orto cincgravius et Wolframus, generi Wyntheri eiusdem, cum suis cohaeredibus universis ex parte altera, super causa, quae inter eos vertebatur ratione bonorum quondam Guntrami de Holzheym, fratris Wyntheri antedicti, in nos et in alios discretos tanquam in arbitros conpromiserunt. Super qua causa statuimus diem placiti in diem Epiphaniae domini a. d. M.CCC.VIII in cymiterium et in ecclesiam villae Rockinberg, juxta Mynzinberg opidum nostrum sitae, ubi viri probi subscripti convenerunt ab ambabus partibus advocati, quorum consilio, ipsis requisitis sub juramento dominis suis facto, diffinivimus insimul more judiciario, quod talia bona omnino cum omni

*) 1326 (4. Aug.) specificirt der vorg. Hermann von Olmena, nach dem Tode seiner vorg. Gattin, diese Güter dahin: curia, vinea, mansi, agri, prata, pascua, bona et jura alia, quae emimus a fratre Wigando ord. fratrum praedicatorum, haerede et filio quondam dominae dictae dy Zimmermennen, opidanae frideberg. pro cxc marcis den. et quae nunc colit Johannes, filius quondam Frankonis de Morle. (Mit Siegel des Ausstellers.)

et meliori jure deberent esse monasterii de Arnsburg, quam Guntrami filii Wyn. de Holzheym, Ortonis et Wolframi, generorum Wyntheri et suorum omnium cohaeredum. — Testes: Heynricus abbas piae memoriae praedicti claustri, dominus Wylheilmus, Cunradus de Beldirsheym cellerarius maior, Cunradus de Gruningen, Hartmudus de Lyndin fratres et monachi in Arnsburg, plebanus in Mynzinberg Reynhardus, ... plebanus de Gridele, Heynricus de Geylnhusen sacerdotes, magister Rudulfus de Mynzinberg, litera sculteti Fulradi de Frankinfurd, Johannes de Lyndin, Heynricus de Pingistin, Johannes de Beldirsheym, Dylo frater suus, Wenzelo de Byrkelar, Cunradus de Musschinheym filius Wernheri, Johannes de Buckinheym et Wenzelo frater suus, Cunradus de Berstat, Berthous milites, Syfridus de Gysinheym civis in Frankinfurd, Juvenis de Lympurg, Angelus, Eyglo juvenis cives in Frideberg, Heylmannus Gerberti, Hermannus de Olmene, Johannes Baurus gener Heylmanni, Rycholfus filius Heyl. cives in Weytflaria, Ansheylmus senior, Heynricus dictus Qwytilin, Happelo de Steinheym, Ansheylmus junior cives in Mynzinberg et a. q. pl.

Dat. ut supra in octav. Epiphaniae dom.*)

(Mit Siegel Philipps d. ält., das Siegel Philipps d. j. fehlt.)

Nr. 364.

1308 (14. Febr.) Nos Cunradus miles, filius Wernheri militis de Muschynheym et Jutta conjuges profitemur, quod vendidimus monasterio in Arnsburg bona nostra sita in Byrkelar, quae quondam Wernheri de Byrkelar militis, patrui mei Juttae praedictae, fuerunt, pro quadam summa pecuniae, et quod nos dicta bona a praefato monasterio pro iv. maldris siliginis annuae pensionis jure colonario possidebimus. —

*) Unter gleichem Datum stellt auch die Stadt Wetzlar eine gleiche Urkunde über diesen Vertrag aus.

Testes: Wernherus de Byrkelar junior, miles, et Rychardus frater meus Cunradi antedicti.

Dat. a. d. M.CCC.VIII, Valentini mart.

(Mit Siegel des Ausstellers in grünem Wachse.)

Nr. 365.

1308 (16. Febr.) Ego Johannes miles dictus de Lindin et Wydroldus filius meus recognoscimus, quod vendidimus monasterio Arnsburg xi. solidorum denar. et v. pullorum redditus annuos, quorum specificatio talis est, videlicet i. solidus et i. pullus cedent de domo et horto sitis in villa Linden majori apud pontem, item ibidem ii. solidi et i. pullus de domo Truyteri, item iv. solidi et i. pullus de horto sito in illa parte dictae villae, quae dicitur zeylbach, item solidus et i. pullus de domo et horto sitis apud domum Ramfoldi, item i. solidus et unus pullus de domo, quam Rupertus inhabitat, sita ibidem.

Dat. a. d. M.CCC.VIII, Julianae virg. et mart.

(Mit Siegel des vorg. Johannes, da sein Sohn Widerold kein eignes Siegel hat.)

Nr. 366.

1308 (17. Juli.) Nos Hartmudus viceplebanus, Bertramus et Gotfridus procuratores ecclesiae in Flonstad inferiori, simulque villae ejusdem universitas notum esse volumus, quod nos omni actioni, quam habuimus contra monasterium in Arnsburg, pro quodam rubo sito in terminis ac jurisdictione villae Wickinstad, quem nostris usibus vendicare nitebamur, ipsis reclamantibus, quod idem rubus jure potiori dictae villae Wickinstad quam nobis attineret, renunciavimus, profitentes, eundem pleno jure spectare ad villam memoratam, praedicti religiosi ex liberalitate ii. libras denar. ad aedificium ecclesiae nostrae praelibatae nobis optulerunt.

Dat. a. d. M.CCC.VIII, xvi kal. augusti.

(Mit Siegel Hartmuds vorg.)

Nr. 367.

1308 (17. Sept.) Wir Vlrich herre zu Haunowe dun kunth, daz wir deme cloystere fon Arnsburg vfgelazin hon alle vnse gulde vnde gevelle, dy wir hon in deme dorf zu Butsbach oyder noch dinne gewinnin muygen, daz si dy also lange vf hebin biz daz si dy cccc. mark fon iare zu iaren ingenemin, dy vnse seylige vadir her Vlrich ettiswanne eyn herre zu Hanauwe deme selbin cloystere zu Arnsburg zu seylgerede beshyth, du fon dirre werlde scheydin solde, mit dysin vndirscheydin, daz daz dy forgenantin geystlichin Luyde alle ior wile si dy guylde inne hon, mit vns vmme sente Walpurge dag, rechenunge halden, wi vile en der guylde wordin si, also lange biz si gerechinliche da vone cccc. mark vf gehebin, wanne oych daz geschehin ist, so sollint dy guylde zu vns ledecliche wider gevallin vnde sollint dir abbit ꝛc. vns bewisin xl. mark ewiger guylde an irme eygene, dy si mit den furgenantin cccc. marken koyfin sollin, dy sullint si besizzin eweckliche zu eyme vmmirwerndin seylgerede alse vnse seylige vadir fur sich vnde alle sine altforderin an sime ende besazte, doch mit deme vndirscheyde, daz si der nemmelichin xl. marke alle ior viii. mark wendin sollint, an vnsir altforderin iorgezith vnde sollint viii. mark langin zu deme widemin vnde i. mark zu eyme ewigin lichte des altaris, den vnse foregesprochene vadir in deme selbin cloystere gezuygit hoth, dy andirn xxiii. mark sullint sie kerin an irn gemeynen nuzh alse andirs ire guth.*)

G. n. Chr. geb. m.ccc.viii, an s. Lambrachtis dage.

(Mit Siegel des Ausstellers. Es zeigt einen rechts gekehrten schreitenden Löwen mit doppeltem Schweife und der Umschrift: S. VLRICI. DE.

---

*) Die Urkunde hat von etwas späterer Hand die Inhaltsangabe: Nota dom. Vlricus junior de Haynowe postea mutavit, quando villam Butsbach alienavit, in alios redditus, ut continetur in alia littera sua, et demum mutavit totum in ecclesiam de Treyse de consilio expresso jurisperitorum.

HAINOWE. Der Pergamentstreifen, an welchem es hängt, trägt die Aufschrift von der Hand des Urkundenschreibers: Sigillum domicellatus domini Vlrici de Hanowe junioris, quo utebatur in juventute sua ante militarem dignitatem.)

Nr. 368.

1309 (20. Jan.) Ego Roricus lapicida et Bertha uxor mea recognoscimus, quod tenemur solvere monasterio in Arnisburg iv. solidos col. den. ex domo nostra sita infra muros wetflarienses apud horreum quondam Wygandi Dyttere, pro quo sane solvendo nos ipsis fertonem den., quem habere in domo Syfridi dicti Reiz dinoscimur, pro subpignore obligavimus, quod vnderpant vulgariter nuncupatur. — Testes: Conradus de Kazcenvort, Johannes Beyer scabini et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.IX, in die b. Fabiani et Sebastiani mart.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 369.

1309 (31. Jan.) Notum sit universis, quod ego Gerdrudis, relicta Marclonis dicti Wingertere, quondam civis in Friedeberg, una cum pueris meis et Giselberto genero meo, locavimus Reinhardo armigero dicto Corp, Kunegundi uxori suae et suis haeredibus unam aream sitam in Wizzinsheim, dictam der fronhof, pro i. fertone denar. annui census.

Dat. a. d. M.CCC.IX, ii. kal. februarii.

(Mit Siegel der Stadt Friedberg.)

Nr. 370.

1309 (11. Febr.) Nos Petrus abbas et conventus in Ebirbach vendidimus monasterio de Arnsburg redditus nostros in villis Hittingeseyze apud Geylnhusin xxx. denarios colon., item in Wanoldishusin juxta Nydehe fertonem denariorum, item in Rockoldishusin prope Rumerode dimidiam marcam denariorum.

Dat. a. d. M.CCC.IX, iii. idus februarii.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 371.

1309 (16. Febr.) Ego Heroldus et Methyldis conjuges de Burkartisfeldin protestamur, quod domum nostram in civitate Lechyn sitam, monasterio in Arnsburg vendidimus, quam ab eodem recepimus pro dimidia marca, annuatim quamdiu vixerimus nomine census a dicta domo praesentanda.

Dat. a. d. M.CCC.IX, in domin. q. cant. invocavit.

(Mit Siegel der Stadt Lich.)

Nr. 372.

1309 (im Febr.) Omnibus innotescat, quod nos Conradus dictus Oppirman et Benigna conjuges, Henricus de Sinde, de consensu Rulonis et Kusae, necnon Conradi, filii Ludewici dicti Scriden, mei generi, vendidimus Hildegundi relictae quondam Beregeri de Wylemonstere, civi wetflar., bona nostra in villa Dudinhoben sita, quae in nos ex morte quondam Syfridi sacerdotis, nostri sororii, sunt devoluta, pro xx. marcis denar.*) De praedictis bonis Hildegundis et sui haeredes debent hospitali in Wetflaria solvere dimidium maldrum pensionis. — Testes: Conradus de Kazcenvort, Conradus Crawe, Heynemannus Gerberti, Johannes Beyer scabini et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.IX, mense februario.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 373.

1309 (2. März.) Nos frater Wylhelmus abbas et conventus monasterii in Arnsburg recognoscimus, nos a Gisilberto, civi frankenvord. dicto de Wetflaria, ccxviii. marcas denar. col. recepisse et cum eisdem annuos redditus com-

*) Unter demselben Datum verbürgen sich Heinrich v. Synde, Ludwig gen. Schriden und Conrad dessen Sohn rücksichtlich dieses Verkaufs von Heinrich von Synde und Conrads ihres Großvaters und Vaters an die vorg. Hildegunde, ihre Enkelin und Tochter. (Zeugen die Obigen.)

parasse, videlicet in Holzhusin in strata mogunt. xx. octalia siliginis, item in Eschebach superiori iv. oct. sil., item in Rodeheim apud Pettirwile xxiv. oct. sil., item in Steynvort xii. oct. sil. de molendino sub monte, item in Morle inferiori xviii. oct. sil., de quibus quidem redditibus magister hospitalis nostri in remedium animarum praedicti Gil. quatuor pauperes ultra numerum egentium, quem hactenus in nostro hospitali habere consuevimus, recipiet et eosdem in coena pascet.

Dat. a. d. M.CCC.IX, in domin. q. cant. oculi mei semp.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 374.

1309 (im März.) Ego Ludewicus dictus Suzekint et Heydewigis uxor mea, cives wetflar., recognoscimus, quod tenemur solvere ex horreo nostro, sito infra muros wetflarienses apud turrim quadratam, monasterio in Arnsburg dimidiam marcam den. annui census, de parte dicti horrei dictos religiosos ex parte fratris Bertoldi, nostri sororii et fratris, eorum commonachii, filii quondam Wygandi dicti Dittere, nostri soceri et patris, contingente ex haereditaria successione, de quo censu ipsi debent dare exactiones, quando dari debent precarie in Wetflaria. — Testes: Conradus de Kazcenvort, Johannes Beyer scabini wetflar. et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.IX, mense marcio.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 375.

1309 (25. April) Nos Guntramus, Otto, Gerdrudis, Jutta et Agnes, liberi ac haeredes Mengoti dicti Fleckin militis, et Gysele, matris nostrae piae recordationis, notum facimus, quod vendidimus monasterio in Arnsburg ii. mansos terrae arabilis et curiam unam de bonis nostris mere pro-

priis, in villa **Rodeheym** apud **Frideberg** sitis,*) et substituimus ipsis fidejussores, videlicet dominum Guntramum pincernam seniorem, Eberhardum, Guntramum fratres pincernas de Sweynsberg, Erwinum, Gylbertum fratres Leones de Steinfurd milites, et Guntramum, filium domini Guntrami pincernae senioris praefati, armigerum. Nos vero sculteтus, scabini, consules, caeterique cives in Grunenberg, Guntramus pincerna senior, Eberhardus, Guntramus fratres pincernae, Erwinus et Gylbertus fratres Leones praesens scriptum nostris sigillis roborandum duximus.

Dat. a. d. M.CCC IX, in die b. Marci evang.

(Siegel hängen an, das der Stadt Grünberg fehlt.)

Nr. 376.

1309 (4. Sept.) Privilegium Clementis papae (V.), quod nemo monasterium in Arnsburg possit interdicere, suspendere, excommunicare vel ad judicium vocare.

Dat. Avinione ii. non. septembris, pontif. a. iv.

(Mit anhängendem Blei.)

Nr. 377.

1310 (3. Febr.) Noverint universi, quod nos Wintherus dictus de Wlvirsheim et Methildis conjuges, residentes in Muschinheim, vendidimus Hermanno viceplebano in Lyche redditus ii. octalium siliginis, pro cujus pensionis certitudine assignavimus eidem vi. jugera terrae arabilis de bonis nostris propriis in villa **Muschinheim** sita, videlicet in campo versus **Dreyse** ii. jugera cum dimidio vffe der leimgrubin, item i. juger cum dimidio juxta anewendere dominae de Birkelar, item i. juger retro cimiterium vffe deme reine,

*) 1332 (25. Juli) verzichtet Gottfried zu Eppenstein und Loretta seine Ehefrau und Gottfried sein Sohn auf alle Ansprache an vorg Gut „daz zu Rodeheim lit by Pethirwyle, daz des Closters zu Arnsborch ist, vnd etwan hern Fleckin eins Ritters was.“ (Die Siegel der Aussteller, mit Ausnahme des Siegels Gottfrieds d. jüng., fehlen.)

item i. juger juxta patibulum versus Birkelar. — Testes: Frater Heinricus de Frideberg bursarius et frater Hermannus dictus Schudewrfil sindicus in Arnsburg, item Berno plebanus in Muschinheim, Thc. armiger filius Wernheri militis senioris, Wernherus for deme falledor de Muschinheim et Gilbertus de Birkelar, item Hermannus Judeus, Cunradus carnifex et Heinricus dictus Scheibe scabini in Liche et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.X, in crast. purif. b. Mariae virg.

(Mit Siegel der Stadt Lich.)

Nr. 378.

1310 (15. Febr.) Ego Gerhardus Store miles, Alheydis, uxor mea, nostrique haeredes profitemur, quod monasterio in Arnsburg tenemur in xxiii. marcis denar., ii amis vini et viii. quartalibus in festo b. Mychaelis nunc venturo totaliter persolvendis,*) pro cujus pecuniae solutione ipsis abbati et conventui fidejussores, videlicet Craftonem de Rudinhusin militem, Reynhardum de Sualbach, ... filium Ludewici pistoris scabinum in Gyzin et Cunradum dictum vfme kellere civem ibidem, et partem decimae nostrae in Leytgeisterin obligavimus.

Dat. a. d. M.CCC.X, in septuagesima.

(Mit Siegel des Ausstellers.)

Nr. 379.

1310 (15. Febr.) Ego Kuno de Wyzzinsheym, quondam filius Marquardi de Wyzzinsheym militis, et Ysingardis,

---

*) Aufschrift: a. d. M.CCC.XI, in crast. Mar. Magd. computavimus cum dom. Gerhardo Storyn, praesentibus fratre Helwico, H. de Frideberg succellerario, H. de Frideberg bursario et fratre Hermanno Schudewifile, et debita ejus manserunt xi. marc. xi. den. col. — a. d. M.CCC.XIV, in die b. Jacobi apost. computavimus cum dom. Gerh., praesentibus dom. abbate et fratre Heinrico priore, Cunrado cellerario, Gerlaco et Heinrico bursariis, Fasoldo de Leitgesterin armigero, et debita ejus manserunt ix. marc. vii. sol. et ix. den.

uxor mea, notum facimus, quod vendidimus monasterio in Arnsburg omnia bona nostra mere propria in villa Furbach ante montana, cum omnibus suis pertinentiis. — Testes: Wernherus de Muschinheym, Wernherus de Byrkelar, Heynricus de Pingistin milites, Wernherus filius Wernheri de Musschinheym militis antedicti, Wytkindus abbas, Cunradus de Beldirsheym cellerarius major et Heynricus bursarius fratres monasterii praenotati.

Dat. in septuagesima, a. d. M.CCC.X.

(Mit Siegel der Burgmänner in Friedberg.)

Nr. 380.

1310 (12. März.) Nos Symon dei gratia abbas, Hermannus decanus, Berth. major praepositus, totusque conventus ecclesiae hersfeldensis notum esse cupimus, quod nos vendidimus prudenti viro Angelo de Frideberg xx. lib. et viii. sol. hall. de bonis nostris in superiori Jngilnheim annuatim accipiendos ad tempora vitae suae, hoc adjecto, quod officium ibidem in Jngelnheim elapsis annis, quibus Buserus et Karulus milites ipsum locationis nomine obtinent, nulli alteri praeterquam ipsi Angelo vel alteri de consensu suo locabimus, ita sane, quod ipse Angelus vel is, cui de consensu suo ipsum locaverimus officium, tantum de ipso nobis ministret, quantum vellet aliquis alius ministrare, insuper, quod nos, postquam ipse idem Angelus ab hac luce migraverit, xx. lib. hall. conventui nostro dare debeamus pro remedio animae ipsius Angeli, nomine testamenti etc.

Dat. Hersfeldiae iv. idus marcii, a. d. M.CCC.X.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 381.

1310 (März.) Noverint universi, quod ego Methildis begina de Herlisheim donavi monasterio in Arnsburg omnia bona mea sita apud villam Herlesheim, videlicet dimidium juger dictum har snor, extendens se in dy sarbach, dimi-

dium juger situm supra Sarbach of dem reyne et ii. sadelas sitas supra viam Luzcillinder wech et dimidium juger dictum armuse. — Testes: Conradus de Kazenvort, Johannes Beyer scabini wetflar.

Dat. a. d. M.CCC.X, mense marcio.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 382.

1310 (14. April.) Ego Gyplo de Alstad et Irmindrudis conjuges recognoscimus, quod vendidimus abbati et conventui monasterii in Arnsburg i. maldrum siliginis annuae pensionis de bonis nostris sitis in terminis villae Alstat, in cujus certitudine ipsis religiosis iv. jugera terrae arabilis de bonis nostris propriis in locis infrascriptis sita, videlicet iv. virgas juxta diffinwege, item iv. virgas juxta crucem, item in campo versus Gridele ultra gridelere weg v. quartalia, item duas virgas retro sepem, pro subpignore obligavimus. — Testes: Frater Cunradus de Erlebach sindicus in Arnsburg, Gylbertus Swarze, Guntramus filius Arinheymeris, Heynricus Vrhane et Wygandus sutor vitricus meus.

Dat. a. d. M.CCC.X, Tiburtii et Valeriani mart.

(Mit Siegel der Stadt Minzenberg in grünem Wachse.)

Nr. 383.

1310 (31. Mai.) Jch Wernhere von Elen rittere vnd Gelle min wirtin bekennen, daz wir han virkauft i. achdel weſzegeldis, v. ſchillinge penniggeldis vnd iv. hunergeldis vf ener hube zu Horhem, vnd han daz gegebin dem appete vnd dem konuente zu Arniſburg. — Zeugen: der erſame rittere her Gylebracht Weſe, her Wigant von Allpach, Symon von Spanele u. a. m.

G. n. Chr. g. m.ccc.x, achte dage vor pingiſten.

(Siegel der Burgmänner in Friedberg fehlt.)

Nr. 384.

1310 (30. Juni.) Noverint universi, quod ego Gerlacus de Seltersse, communicata manu Hartrunae uxoris meae, vendidi et donavi Crafthoni de Rudinhusin militi ac haeredibus ipsius ex prato sito anderstebinsmarke sub Gerdrude piscatrice, ex agro quodam sito imme lutzilfelde, necnon ex altero dimidio agro sito vf deme aldinfelde, dimidiam marcam denariorum. Ego vero Craftho praefatus et mei haeredes idem pratum cum agris antedictis Gerlaco et suae conjugi ac haeredibus eorundem duximus jure haereditario concedendum. *) — Testes: Hermannus de Buchesecke, Mengotus de Svalbach, Synandus dictus Ruzere milites, Renherus de Lindin, Gerlacus filius quondam Ludewici pistoris scabini in Gyzin, et Fridericus dictus Drayfleysch ac a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.X, in crast. b. apost. Petri et Pauli.

(Mit Siegel der Stadt Gießen.)

Nr. 385.

1310 (9. Juli.) Notum sit, quod ego Guntramus de Laubach armiger, civis wetflar., de consensu avunculi mei Burchardi dicti Kalb, vicarii perpetui in ecclesia wetflar., vendidi iv. maldra siliginis, quae avunculus meus comparavit erga Conradum dictum de Konengisberg et Benignam ejus legitimam et Henricum clericum dictum Blide ex partibus suis bonorum in Dudinhobin sitorum, Hildegundi, relictae quondam Beringeri de Wylemonster, civi wetflar. et suis haeredibus, pro xxv. marcis. — Testes: Conradus de Kazcenvort, Rulo Reye, Gerlacus Cimmerman, Johannes Beyer scabini wetflar. et. a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.X, in crast. b. Kiliani mart.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

---

*) Aufschrift: Na. bona praedicta dedit nobis Crafto miles de Rudinhusyn.

Nr. 386.

1310 (13. Aug.) Ego Wenzelo dictus Holtzenkop, filius Cunradi dicti Wingerters de Kirchgunse, et Hedewigis uxor mea recognoscimus, quod omnem actionem, quam possemus habere contra Heinricum, filium Heinrici pellificis de Ebberhartdesgunse, et suos haeredes, pro bonis feodalibus a dominis de Arnspurch et de Schiffenburg collatorum, qui nunc praedicta bona possidet in villa Kirchgunse sita, renunciamus. — Testes: Crafth junior dictus de Beldersheim miles, Gilebertus, filius dicti Boppen militis, armiger, Anshelmus junior, Wigandus ante portam et Wigandus dictus Kolenhuser scabini in Mynzenberg, Rulemannus pistor ante portam, Heinricus dictus Fuez de Phalgunse, Sifridus cingravius de Kirchgunse, Henricus de Nuwenkirchen et Heinricus dictus Ruffe de Ebberharthesgunse et q. pl. a.

Dat. a. d. M.CCC.X, fer. v. prox. a. assumt. b. Mariae virg.

(Siegel der Stadt Minzenberg fehlt.)

Nr. 387.

1310 (16. Aug.) Noverint universi, quod ego Johannes junior miles de Beldirsheym et Alheydis uxor mea, ratione permutationis factae quorundam bonorum inter monasterium in Arnisburg et nos, assignavimus eidem curiam nostram, sitam in villa Wanebach et alia quaedam bona, sita in terminis villae ejusdem, quae Heinricus dictus Wineuge a nobis jure colonario possidebat, singulis annis solventia xx. octalia siliginis etc. Constituimus fidejussores Johannem seniorem de Beldirsheim, Cunradum, Richardum fratres de Muschinheym et Cunonem de Beldirsheim cognomento Kolbendensil milites. Ego Johannes et Alheydis uxor mea etiam profitemur, quod religiosi viri praedicti e converso assignaverunt nobis bona sita in Rockenberg, solventia singulis annis xxxii. octalia siliginis, xii. oct. tritici et xv.

sol. denar., quae Theodericus et Hart. dicti Freisen jure colonario hactenus possederunt, item in Wedersheym xii. octalia siliginis et i. marcam. — Testes: Reynhardus plebanus in Mincenberg, Crafto junior de Beldirsheym sculte-tus, Cunradus de Berstad milites, Wigandus ante portam, Anshelmus senior et Anshelmus junior, Ludewicus de Inheyden et Wencelo Cleynecauf scabini in Myncenberg et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.X, in crast. assumt. Mariae virg.

(Mit Siegel der Stadt Minzenberg in grünem Wachse.)

Nr. 388.

1310 (17. Sept.) Ego Betholdus dictus Rinnewolf et Gela uxor mea, cives in Lyche, recognoscimus, quod abbas et conventus monasterii de Arnsburg concesserunt nobis domum suam quondam Heinrici dicti Elemaz in Lyche sitam et hortum unum in Weystwig quondam Hermanni dicti Rynnewolfis, et nostris haeredibus successivis jure haereditario possidendos pro dimidia marca denar. annui census. — Testes: Heynricus Scheube, Betholdus Smalzlose scabini in Lyche, Jacobus civis ibidem, Bruwardus de Musschinheym et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.X, Lamperti episc. et mart.

(Mit Siegel der Stadt Lich.)

Nr. 389.

1310 (im Sept.) Nos judices et scabini wetflar. recognoscimus, quod Ludewicus dictus Schriden et ejus uxor Hildemudis, nostri concives, haereditaverunt monasterium in Arnsburg omnium bonorum nostrorum ex parte Ludewici, nostri filii, eorum commonachi. — Testes: Conradus de Kazcevort, Conradus Crawe scabini et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.X, mense septembri.

(Siegel der Stadt Wetzlar fehlt.)

Nr. 390.

1310 (9. Okt.) Ego Theodericus de Butsbach dictus Blaspechere et Irmingardis conjuges recognoscimus, quod vendidimus monasterio in Arnsburg iii. octalia siliginis de bonis nostris omnino propriis sitis in villa Butsbach, pro cujus pensionis certitudine ipsis religiosis vi. jugera terrae arabilis de bonis nostris propriis in locis infrascriptis sita, videlicet v. quartalia bi Wizelere wege juxta dominam Juttam de Holzheim, item in campo versus Gridele iii. quartalia juxta Cunradum dictum Groze, item in superiori campo i. juger cum dimidio an deme rinnewege, item in campo versus wizelere holz dimidium juger vffe deme fugilre, item in campo eodem v. quartalia vffe deme mudolfe, item iii. quartalia an des paffin gerin, pro subpignore obligavimus. — Testes: Gotfridus plebanus in Butsbach, Wenzelo de Holzheim zingravius, Heinricus dictus Wolf, Johannes Cratzinbechere, Mengotus et Fridericus dicti Banseche, item Wiger ante portam, Wernherus Cleinecauf, Johannes filius Heilmani et Ludowicus de Inheidin scabini in Minzinberg et a. q. pl. f.

Dat. a. d. M.CCC.X, in die b. Dyonisii.

(Mit Siegel der Stadt Minzenberg.)

Nr. 391.

1310 (9. Nov.) Nos Cunradus de Morle, Cunradus de Alpach, Wenzelo de Clein milites, Heynricus Berno, Jungo de Lympurg, Heynricus de Dorheym, Johannes de Wonneckin, Heinricus de tempore et Rudungus scabini in Frideberg recognoscimus, quod Eberhardus de Echzile, arbiter controversiae motae inter monasterium de Arnsburg ex una et liberos utriusque sexus, relictam, omnesque haeredes Hyldemari quondam de Eckinheym ex parte altera, super bonis quibusdam sitis in terminis dictae villae Eckinheym, sententialiter dixit, praefata bona ad jus et dominium monasterii in Arnsburg simpliciter pertinere et haeredes Hyl-

demari nihil juris habere in eisdem, uno jugere dicto vndir der langin heckin excepto. *)

Dat. in Frideberg a. d. M.CCC.X, die ii. fer. prox. a. fest. b. Martini hyemal.

(Mit Siegel der Stadt Friedberg.)

Nr. 392.

1310 (um 13. Dec.) Nos Cuno miles de Gyzin dictus Halbir et Hadewigis conjuges recognoscimus, quod in remissionem peccaminum nostrorum ac progenitorum nostrorum monasterio in Arnsburg dedimus omnia bona nostra in villa majori Lyndin, videlicet curiam nostram juxta castrum sitam, quam olim quidam dictus Reme incoluit, item curiam et agros nostros et prata, quos quidam dicti Rendelerin coluerunt, item hortum Gerhardi dicti Glyme et hortum, quem quidam dicti Cappuzerin colunt, item hortum, quem Helwicus colit, item aream et hortum, quem Arnuldus Stok olim incoluit in Zelbach, item domum et aream, quam Wernherus Suadebag inhabitat, item domum et hortum, quam quidam dictus Kulbe olim habuit, item i. juger prati dicti ritwisin an der lickene, de quibus omnibus bonis nobis annuatim redditus xii. maldrorum simul tritici et siliginis, xxviii. solidorum denar., xiv. anserum et totidem pullorum et xiv. pullorum carnisprivialium in summa nobis provenire solebant. Item religiosis praefatis modo quo supra dedimus curiam

*) (Ohne Jahr und Tag.) Iste est districtus mansi siti iuxta Eckenheim quondam Hildemari ibidem: In campo Brunechisheim in via quae dicitur brunheimerewec — juxta Goltsteinum — juxta Gerlacum de Brunechisheim — in campo Eckenheim amme durch den busche — amme kirseboume — an gienheimere wege juxta dominos de domo theutonica — amme colbin juxta Heinricum Rinwader — juxta Heinricum Boumgerdir — juxta Gozonem de Eckinheim — apud lapidem — ein stucke holtzwegis juxta Diemarum — juxta Rinwadonem — ultra viam Brunheim.

Hunc mansum resignant abbatissa et conventus sororum monasterii s. Clarae in Maguntia. (Mit Siegel des St. Clarenklosters.)

nostram in Saltirse juxta opidum Gyzin sitam, quam a dilectis consanguineis nostris Leonibus militibus de Stenfurd emimus pro c. marcis et nos pro libra cerae annuatim persolvenda ipsam curiam a religiosis supradictis recepimus ad tempora vitae nostrae tantummodo jure colonario possidendam etc. — Testes: Wylhelmus abbas in Eberbach, fratres Cunradus cellerarius, Hartmudus de Lyndin monachi in Arnsburg, Synandus senior, Hermannus de Buchesecke milites castrenses, Echardus sutor et Reynherus de Lyndin scabini in Gyzin et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.X, circ. fest. b. Luciae virg.

(Mit Siegel der St. Wetzlar u. Gießen, beide von grünem Wachse, und des Ausstellers.)

Nr. 393.

1310 (22. Dec.) Noverint, quod nos Mengotus dictus Banseche de Butsbach et Guda conjuges, cives in Frideberg, vendidimus monasterio in Arnsburg viii. jugera terrae arabilis omnino propria de bonis nostris in villa Butsbach sita, videlicet in campo versus Westhusin dimidium juger situm vffe swerzeburnin, item dimidium juger dictum der dunackir, item i. juger cum dimidio sita retro castrum juxta pratum; in campo dicto daz lutzilfelt i. juger cum dimidio dictis der spiz, item ii. jugera cum dimidio an deme fehe wege; in campo versus Gridele dicto hindir nidir dorf v. quartalia for der grubin versus Gridelere holz, item i. juger retro scharrin mulin, profitentes dictum monasterium praefata bona nobis concessisse jure colonario possidenda pro iv. octalibus siliginis. — Testes: Wenzelo cingravius de Holzheim, Johannes Crassinbechere, Cunradus Groze, Heinricus Wise, Ditwinus Banseche de Butsbach, Hermanus Gutwini, Wernherus Kleinekof et Wigandus ante portam scabini in Minzinberg et a. q. pl. f.

Dat. a. d. M.CCC.X, in crast. b. Thomae apost.

(Mit Siegel der Stadt Minzenberg.)

Nr. 394.

1310 (22. Dec.) Notum sit omnibus, quod nos Johannes dictus Crassinbechere et Alheydis conjuges de Butsbach vendidimus monasterio in Arnsburg viii. jugera terrae arabilis mere propria de bonis nostris in villa Butsbach, videlicet in campo versus Westhusin dimidium juger yffe deme fugilre, item i. anewerde eodem situ, item dimidium juger an deme burgrabin, item i. juger in castro; in campo dicto luczilfelt iii. jugera iuxta Mengotum; in campo versus gridere holz iii. quartalia retro sepem Petri, item v. quartalia for gridelere holz, profitentes dictos religiosos praedicta bona nobis concessisse jure colonario possidenda pro iv. octalia siliginis. — Testes: Wenzelo de Holzheim cingravius, Mengotus Ditwinus fratres dicti Banseche, Cunradus Groze, Heinricus Wise de Butsbach, Hermannus Gutwini, Wernherus Kleinekoyf et Wigandus ante portam scabini in Minzinberg.

Dat. a. d. M.CCC.X, in crast. Thomae apost.

(Mit Siegel der Stadt Minzenberg.)

Nr. 395.

1310 (24. Dec.) Ego Hartmannus armiger dictus Leydelebin, civis in Frideberg, recognosco, quod monasterio in Arnsburg vendidi xvi. octalium siliginis redditus pro lx. marcis denar. de omnibus agris meis in terminis villae Gerburgeheim sitis. Caeterum in remissionem peccaminum meorum ac omnium progenitorum meorum tradidi omnia bona mea in praedicta villa sita religiosis memoratis. Hanc tamen donationem feci sub modo et forma infrascripta, quia lex dicit, quod in traditione rei suae quilibet potest pactum facere seu honus imponere, quod non sit a legibus inprobatum, volo igitur, ut religiosi praedicti de bonis praedictis solvant annuatim in remedium animae meae ii. maldra siliginis conventui sanctimonialium in Throno — conventui in Elwinstat — fratribus de ordine heremitarum s. Augustini in Frideberg —

fratribus minoribus ibidem — hospitali et domui leprosorum ibidem. Jnsuper ordino, ut plebanus de superiori Morle, qui pro tempore fuerit, et Cunradus miles de Morle consanguineus meus de redditibus vi. mald. siliginis tantummodo disponere poterunt, quod plus animae meae congruere videbitur eisdem etc. — Testes: Cunradus de Morle praedictus, Gisilbertus Orphanus, Erwinus et Gisilbertus fratres dicti Leones, Cunradus de Alpach et Wenzelo de Klein milites, Heinricus Berno senior, Heinricus de Dorheim, Juvenis de Limpurg, Gerwinus de Rospach, Rudungus de Hergerin et Ditwinus junior scabini in Frideberg et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.X, in vig. nat. dom. nostr. Jesu Cristi.

(Mit Siegel der Burgmänner u. der St. Friedberg in grünem Wachse.)

Nr. 396.

1310. Noverint universi, quod ego Bertoldus miles, advocatus in Vrsele, de consensu Agnetis, uxoris meae, vendidi monasterio in Arnsburg dimidiam marcam denar. col. cedentem in villa Akruftele de bonis militum et armigerorum de Bruningesheym, et quae ex parte dictae Agnetis, uxoris meae, dinoscitur ad me esse devoluta, pro vi. marcis denar. col.

Dat. a. d. M.CCC.X.

(Mit Siegel des Ausstellers.)

Nr. 397.

1311 (7. Jan.) Noverint universi, quod ego Conradus pistor dictus Oppirman, civis wetflar., communicata manu Benignae, uxoris meae, vendidi totam meliorationem bonorum meorum in villa de Dudinhoben sitorum et omne jus meum eorundem, Hildegundi relictae quondam Beregeri de Wylemonster, civi wetflar., in quibus bonis habuit antea ii. maldra siliginis, quae comparavit erga Burchardum sacerdotem dictum Kalp, vicarium ecclesiae wetflariensis. —

Testes: Conradus de Kazcenvort, Heynemannus Gerberti, Johannes Beyer, Gerlacus Madirsele scabini et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XI, in crast. Epiphaniae dom.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 398.

1311 (9. Febr.) Noverint universi, quod ego Mya, relicta quondam militis dicti Krimmere, conjunctis manibus puerorum meorum, videlicet Wernheri, Gudae, Lyse, Alheidis, Elizabet, Miae et Kunegundis vendidi omnia bona mea mere propria in villa Birkelar monasterio de Arnsburg, et quia quidam de pueris meis, videlicet Mya et Kunegundis, nondum ad annos discretionis pervenerunt, ideo dignum duxi pro eis fidejussores ponere, videlicet Cunradum de Leffilsheim cognatum meum, Conradum generum meum et Wernherum filium meum praedictum. — **Testes**: Heinricus de Dorheim, Gerwinus de Rospach scabini, Albertus frater meus, Heilmannus sororius meus dictus Riche de Minzenberg, Heinricus dictus Schone de Wanebach, Sewardus de Dahindal et Gilbertus de Birkelar praedictorum bonorum colonus et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XI, in vig. Scolasticae virg.

(Das Siegel der Stadt Friedberg fehlt.)

Nr. 399.

1311 (28. Febr.) Nos Berthous miles de Gridele et Elyzabeth conjuges notum facimus, quod vendidimus monasterio in Arnsburg mansum unum mere proprium in villa Gridele situm, videlicet in campo versus Alstat ii. jugera et i. quartale an spillinbauymeris wege situm, item i. juger, quod est ein anewendere in eadem via, item i. juger eodem situ, item iii. jugera et i. quartale zu herde, item i. juger cum dimidio versus Buckinheimere bach, item i. juger in eadem ripa; in campo versus Butsbach ii. jugera vergunt vbir den slade, item ii. jugera versus richwiniszele,

item ii. jugera, quae fuerunt Wernheri de Berstat, item i. juger dictum der lange morgin by deme slade, item i. juger eyn anewendere vbir den rauchweg, item i. juger versus der slade, item i. juger inter duas vias; in campo versus Wyzele iii. jugera vbir den reinmulin path, item i. juger an der helde, item i. juger infra viam der helde, item i. juger vbir den bedelere path, item i. juger eodem situ, item ii. jugera eadem via et situ, item i. juger dictum der sluzzil zu deme wartbauyme, profitentes praedictos religiosos eundem mansum nobis et post obitum nostrum uni haeredum nostrorum jure colonario concessisse pro x. maldris siliginis. — Testes: Rychardus miles de Muschinheim, Hermannus Gutwini, Anshelmus junior Wigandus ante portam, scabini in Minzenberg, Burghardus Saccus armiger, Wolframus cingravius in Gridele, Cunradus Niger et Wolframus filius Alochis scabini in Wizele et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XI, in domin. q. cant. invocavit me.

(Mit Siegel der Stadt Minzenberg.)

Nr. 400.

1311 (2. Juni.) Ego Wintherus miles dictus de Brvningesheim recognosco, quod cum teneo a monasterio Arnsburg unum pratum dictum sperwerswise, situm ex una parte silvae dictae Dvlchinlouch, et iii. jugera terrae arabilis, sita ex altera parte dictae silvae, in terminis villae Buckinheim, pro dimidia marca denar. annui census, me ex negligentia solutionis ipsius census iam teneri ii. marcas denar., quas sub poena perditionis dictorum bonorum infra hinc et decollationem b. Johannis bapt. solvere promitto et similiter dimidiam marcam in festo b. Martini, statuens Johannem filium Dvdonis, offfciatum meum, una mecum principalem debitorem, de solutione dictae pecuniae facienda.

Dat. a. d. M.CCC.XI, iv. nonas junii.

(Mit Siegel des Ausstellers und des Offizials der Frankfurter Kirche.)

Nr. 401.

1311 (10. Juli.) Nos Otto dei gratia terrae Hassiae lantgravius ac Alheyd ipsius conthoralis profitemur, quod Gerlaco, nato Ludewici scabini in Gyzen, mansum, quem a nobis in Selthersin jure haereditario tenuit, ipsi suisque haeredibus jure proprietario conferimus, eundem mansum vendendi, alienandi et locandi pro ipsorum placito voluntario.

Dat. a. d. M.CCC.XI, vi. idus julii.

(Das Siegel des Landgrafen fehlt.)

Nr. 402.

1311 (29. Juli.) Nos Andreas, Nycholaus, Rupertus, Lukardis liberi et Gysilbertus miles dictus Kric, gener Gerhardi dicti Store militis, recognoscimus, quod donationem inter vivos per praedictum Gerhardum militem patrem nostrum et Alheydim piae memoriae, quondam matrem nostram, olim factam bonorum, videlicet curiae ipsorum in Leytgesterin, curiae quoque in Rycholfkirchin, monasterio in Arnsburg, ratam habentes, promittimus, quod praedictam donationem non inpdiemues. Et nos Andreas, Nyc., Ru., Lukardis et Gysil. praedicti in praesentis consensus nostri evidens testimonium praesentes literas sigillis opidanorum in Gyzin et Senandi senioris et Heynrici de Elkirhusin militum atque sigillo Gerhardi militis praedicti patris nostri petivimus roborari.

Dat. a. d. M.CCC.XI, iv. kal. augusti.

(Die Siegel hängen an.)

Nr. 403.

1311 (6. Aug.) Ego Crafto miles de Rudinhusin recognosco, quod in remedium animae quondam Elyzabet collateralis meae et omnium progenitorum meorum, donatione inter vivos dedi monasterio in Arnsburg redditus dimidiae

marcae denar., quos emi post mortem praedictae uxoris meae a Gerlaco et Harteruna, conjugibus in Selterze, de iii. jugeribus terrae arabilis et i. prato annuatim ab eisdem conjugibus solvendos, praedictis bonis a praefatis Ger. et Hartr. conjugibus jure emphitiotico, quod vulgariter dicitur herbekliche, possidendis. — Testes: H. de Elkerhusin, Cuno Halber, Gerhardus Store, milites castrenses, Gerlacus scabinus in Gizin et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XI, in die b. Sixti mart.

(Mit Siegel der Stadt Gießen.)

Nr. 404.

1311 (25. Aug.) Ego Gerlacus, filius quondam Ludewici pistoris de Gyzin, una cum liberis meis Ludewico et Henrico, filiis meis, et Hilla, filia mea, recognoscimus, quod monasterio in Arnsburg vendidimus pro xxx. marcis et i. marca denar. bona nostra, videlicet i. mansum terrae arabilis cum area attinente, in villa Selterzze situm, xvi. jugeribus pro manso computandis mensurae majoris, quem mansum quidam dictus Gyso a nobis hactenus jure colonario tenuit, dicto manso a praefatis religiosis titulo merae proprietatis, sicut nobis a domino lantgravio terrae Hassiae apropriatus existit, in perpetuo possidendo, fidejussores constituentes: Franconem de Lyndin armigerum, Eckardum sutorem, Conradum de cellario, Reynherum de Lyndin scabinos de Gyzen. Et quia Elyzabet, Gerlacus et Sifridus liberi mei infra annos discretionis existunt, *) idcirco ego Gerlacus pater ipsorum praedictus et Ludewicus et Henricus filii mei et Hilla filia mea praedicti honestos viros praedictos iterato fidejussores constituimus super eo. — Testes: Bur-

---

*) Aufschrift: Na. quod pueri isti, qui erant sub annis, omnes renunciaverunt, videntibus et audientibus Her. de Buchesecke et Craftone de Rudenhuse, fratre Gerl. de Frideberg et patre puerorum.

kardus Kalp, Sifridus Buzze, Ludewicus gener Bedolin et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XI, in crast. b. Bartholom. apost.

(Mit Siegel der Stadt Gießen.)

Nr. 405.

1311 (2. Dec.) Nos Otto dei gratia lantgravius, terrae Hassiae quoque dominus, ac Alheydis ipsius contectalis notum facimus, quod Heinrico de Gowilshusen nato Gerpe ac Irmindrudi conjugibus de speciali gratia concorditer indulgemus, quod pro ipsorum animarum salute et remedio ad coenobium quodcunque sibi duxerint eligendum se transferre potuerint mansionarie recepturi, volentes ipsos a quovis exactionum onere haberi per nos et nostros officiales omnimodo supportatos.

Dat. iv. non. decembris, a. d. M.CCC.XI.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 406.

1311 (6. Dec.) Nos burgravius, scabini et consules in Frideberg recognoscimus, quod a. d. M.CCC.XI, in die b. Nycolai pontif., constitutis coram nobis monasterio de Arnsburg ex una et Hartmanno filio quondam Theoderici militis de Erlebach ex parte altera, praedicto die pro placito, ab eisdem partibus super bonis, quae olim piae memoriae Rupertus miles dictus de Heidersheim et Albradis uxor sua dicto monasterio contulerunt, deputato, praedicti religiosi ab omnibus actionibus, quas praefatus Hart. ratione bonorum praescriptorum contra monasterium habere poterat, sunt per viam juris finaliter absoluti. — Testes: Rupertus burgravius, Cunradus de Morle, Gyselbertus Weise, Wygandus de Alpach, Franko de Morle, Wintherus de Wyssinsheim milites, Henr. Berno, Gerl. Rychter, Henr. de Dorheim, Henr. et Angelus filii Angeli opidani frideberg. et a. q. pl.

(Mit Siegel der Stadt Friedberg.)

Nr. 407.

1312 (10. Febr.) Nos Heinricus dictus Swinzera, filius quondam Ludewici pistoris et Sehildis, nata Gerlaci quondam dicti Dragefleiz, conjuges de Gyzin, recognoscimus, quod monasterio in Arnsburg vendidimus pro xxxiv. marcis denar. curiam nostram et mansum xviii. jugerum terrae arabilis, una cum prato i. jugeris in villa Selterze sitos. Et quia ego Sehildis praedicta Wiglonem, filium meum, quem cum quodam anteriori bonae memoriae . . . . marito meo habui, cohaeredem bonorum praedictorum, ad renunciandum propter defectum aetatis inhabilem, idcirco nos H. et Sehildis Reynherum de Lyndin et Gerlacum, fratrem mei H. praedicti, fidejussores constituimus, de warandia vero facienda dominum Jo. de Kinzinbach militem et Milchilingum armigerum more fidejussorio obligamus. — Testes: H. Amelung de Elkerhusen, Cuno dictus Halbir milites, Eckardus sutor scabinus in Gyzin et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XII, in die b. Scolasticae virg.

Nr. 408.

1312 (17. März.) Nos frater Wluingus, babenbergensis ecclesiae episcopus, profitemur, quod cum confratres nostri Johannes praepositus, Otto decanus totumque capitulum ecclesiae nostrae curiam quandam in civitate Moguntina sitam, quae vulgariter curia puellarum nuncupatur, ipsis et dictae ecclesiae attinentem, monasterio in Arnspurch venditerint*), ita sane, quod tamen nos, nostrique successores et idem nostri confratres et eorum successores hospitandi in dicta curia sub nostris expensis, quandocunque et quotiescunque Moguntiam venerimus, habere debemus liberam facultatem, nos eandem venditionem ratam et gratam habemus.**)

Dat. Babenbergae, a. d. M.CCC.XII, xvi. kal. aprilis.

(Mit Siegel des Ausstellers an gelber Schnur.)

---

*) S. Guden. cod. dipl. IV. 1006. Nr. 127 u. Note.

**) 1312 (17. März.) Nos Otto decanus, Chunradus de Giech, Lev-

Nr. 409.

1312 (31. März.) Nos scabini, consules, caeterique cives in Frydeberg recognoscimus, quod curiam monasterii de Arnsburg, in opido nostro sitam, ab omni exactionis, sturae seu cujuscunque angariae solutione, sive a rege Romanorum vel quocunque alio nobis vel nostro opido imponatur, absolvimus. — Testes: Jungo de Lympurg, Gerlacus Rytthere, Gerwinus de Rospach, Henricus dictus von dir Zyt, Henricus filius suus, Henricus de Dorheim, Heylmannus frater suus, Ludewicus de Hollar, Johannes Rodechin, Henricus Engel et Ditwinus de Ostheim scabini, Henricus Berno Angelus, Lynungus de Reidelshovin, Nycolaus de Wysele et Eckehardus de Ocstat consules et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XII, ii. kal. aprilis.

(Mit Siegel der Stadt Friedberg an grüner Schnur.)

---

poldus de Eglolfstein et Hartungus de Paris, canonici ecclesiae babenberg., recognoscimus, quod monasterio in Arnspurch promisimus de curia puellarum dicta, sita in civitate moguntina, warandiam debitam, videlicet ad annum et diem prout juris est et consuetudinis in civitate maguntina. — Testes: Heinricus de Redwitz noster confrater, Chunradus plebanus s. Martini dicti loci, Vlricus magister farinae et Heinricus dictus de curia puellarum in Maguncia. (Mit Siegel des vorg. Decans Otto.)

1312 (23. Mai) bezeugen die Mainzer Richter, daß Culmann und Heilmann Gebrüder gen. Trepuz, Metza ihre Mutter, Eberhard gen. Cauwerzin und Kusa seine Hausfrau, Bürger zu Mainz, vor dem geschwornen Notar Heinrich Cleriker von Los auf alles Recht und Ansprache wegen dieses Hofes verzichtet haben. G. zu Mainz in dem Hofe gen. zum Spechtßharte. — Zeugen: Petrus dictus Roetkolbe, ... dictus Boesch zume Appeheymere civibus magunt., Johanne dicto Stange clerico, scolare mei notarii praedicti et Gerhardo famulo fratris Gerlaci conversi monasterii in Arnsburg. (Mit Siegel der Aussteller.)

1385 (27. Juni) bekennt Conrad von Altra, ein Schneider, mit seiner Hausfrau Drude, Bürger zu Mainz, daß das Kloster ihm das vorg. Haus zur kleinen Jungfrauen um 8 Pfd. Heller jährlich auf Lebenszeit geliehen habe. (Mit Siegel des Ausstellers.)

Nr. 410.

1312 (5. April.) Universis sit manifestum, quod Metza, relicta quondam Friderici zum Aldenlenfride, et Heilmannus dictus de curia puellarum, ejus filius, necnon Eberhardus, praedictae Metzae nepotulus, cum Katherina sua conjuge, cives mogunt., coram Emechone dicto Stubele, saeculari judice mogunt., pariter constituti, curiam puellarum dictam, Moguntiae in vico comitis sitam, totam, cum suis attinentiis, vendiderunt monasterio in Arnsborg, in hunc modum, quod idem fratres de praefata curia vi. libras hall. ecclesiae in Babinberg nomine census solvant, dictique Metza, Heilmannus, Eberhardus et Katherina borgaverunt, id est per cautionem judiciariam, quae Borgen vulgariter dicitur, se astrinxerunt, quod praedictae curiae venditionem ratam observent ac eisdem rectam warandiam faciant, quousque se super ea stabiliverint, prout mogunt. consuetudinis est et juris. — Praesentibus: Cunrado de Rom., Humberto de Juveni advocato, Heinrico de Justene, Tulmanno Scherpelin, Jo. de Frideberg, Lodowico de Rota et Kelnero fratribus, civibus mogunt. Dat. a. d. M.CCC.XII, domin. q. cantat. quasimodogeniti (2. April.)

Dictique judex atque cives praemissa coram se rite fuisse peracta, ad monitionem Jo. sculteti mogunt. judicio praesidentis, postmodum sub juramentis eorum in judicio publice recitarunt, praesentibus Philippo et Emerchone judicibus, Nicolao, Heilmanno et Jacobo advocatis, Hertwino borggravio, Cristiano, Anzone, Beumundo, H. Langenase, H. dicto Mudiz, Petro Mul, H. dicto Slik et ... dicto Hasinzal budell. ac. a. q. pl. civibus mogunt.

A. d. M.CCC.XII, fer iv. p. domin. quasimodogeniti.

(Mit 4 Siegeln der Mainzer Richter.)

Nr. 411.

1312 (22. April.) Nos Petrus abbas, totusque conventus monasterii s. Jacobi extra muros mogunt. recognos-

cimus, quod nos vendidimus census nostros ac omnia alia nostra jura in villa Acruftele monasterio in Arnspurg pro xx. libris hallensium.*)

Dat. a. d. M.CCC.XII, x. kal. maii.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 412.

1312 (10. Juli.) Nos Hermannus dictus Gutwin et Cunegundis conjuges, cives in Minzenberg, recognoscimus, quod nos titulo locationis inhabitamus domum sitam in Minzenberg, in cono juxta curiam dominorum de Arnsburg, cum area annexa et horto extra muros sito juxta piscinam antiquam, quam ego Hermannus praedictus, una cum Yrmengarte quondam uxore mea priore, donatione inter vivos in remissionem peccaminum nostrorum et omnium progenitorum meorum monasterio de Arnsburg tradidimus, ab ipsis religiosis conductionis jure dictam domum cum appendiciis praefatis possidemus, ita ut libram cerae nomine census annis singulis de eadem domo praefatis religiosis solvere tenebimur. — Testes: C. Rost, Gerlacus de Treyse castrenses, H. dictus Quihetelt, Lud. de Heneheydin, Wigandus ante portam scabini in Minzenberg et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XII, in die septem fratrum.

(Mit gemeinschaftlichem Siegel der Burgmänner u. d. Stadt Minzenberg.)

Nr. 413.

1312 (14. Sept.) Ego Reynherus de Lyndin, civis et scabinus in Gyzin, una cum Hadewige, uxore mea, Irmindrude, matre mea, Gerdrude, sorore mea et Heinrico dicto Schauwelere de Gunse, sororio meo, recognoscimus, quod nos vendidimus monasterio de Arnsburg omnia bona nostra in villa Operode sita pro xiv. marcis denar. — Testes:

---

*) Der Urkunde ist eine deßfallsige Vollmacht des St. Jakobsklosters für Theoderich gen. Schelme ihren Klosterbruder angehängt vom 26. April desselben Jahres.

Hermannus de Lindin, Eckehardus et Gerlacus scabini in Gyzin et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XII, in exaltatione s. crucis.

(Mit Siegel der Stadt Gießen.)

Nr. 414.

1312 (6. Dec.) Noverint universi, quod nos Reynhardus dictus Korp, armiger, et Lukardis conjuges vendidimus monasterio de Arnsburg quosdam agros de bonis nostris omnino propriis in villa Alstat sitos, videlicet in campo dicto in deme budeme v. quartalia supra pomerium sita, item i. juger juxta Hermannum dictum Schelme, item i. juger dictum der Erlewinkel apud monachos, item v. jugera in agro juxta crucem, item i. juger apud viam, quae dicitur der cleine hole wech; in campo versus Holzheim iii. jugera cum dimidio supra Hermannum Schelmin, item ii. jugera pratorum et terrae arabilis infra monachos, item ii. jugera hinder deme holderbusche, item ii. jugera zehint vbir den Eberstadir path, item i. juger an der Elewisin, iii. jugera offe deme Kise, item iii. jugera ame Svichinge; in campo dicto der nolle v. quartalia juxta dominas de Aldinburg, item ii. jugera offe deme romuldiswege juxta monachos, item iii. jugera an deme molinberge, item ii. jugera infra viam Wetflariae in deme heyterdale, item iii. virgas infra eundem agrum, item ii. jugera offe deme grozin lohe obir den wec, item iv. jugera in uno agro infra viam Wetflariae in deme heyterdale; in campo dicto im Rodde iv. jugera an deme mirgele, profitentes praedictos religiosos praefatos agros nobis jure colonario concessisse pro xi. maldris siliginis. — Testes: Hermannus Gutwini, Anshelmus junior, Wygandus ante portam, scabini in Mynzinberg, Heinricus dictus Vrhane et filius suus, Guntramus Arnheimere de Alstad, Herbordus de Gambach et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XII, in fest. b. Nycholai episc. et conf.

(Mit Siegel der Stadt Minzenberg.)

Nr. 415.

1312 (31. Dec.) Nos scultetus, scabini, consules, caeterique cives universitatis in Geylnhusen recognoscimus, quod Lysa relicta Betholdi Grozin, Ortwinus et Alheydis liberi sui, cives nostri, recognoverunt, se vendidisse monasterio in Arnsburg xxiv. jugera agrorum terrae arabilis mere propria circa opidum Frideberg sita. Et quia Echardus, nepos Lysae praescriptae, filius Alheydis, relictae quondam Echardi de Bunahe, nondum pervenit ad annos renunciationis, memorati cives nostri posuerunt fidejussores, scilicet Ortwinum dictum Grozin et Gozzonem de Rychinbach, cives nostros. — Testes: Hartmannus de Breydinbach, Ortwinus Groze, Friderikus an der eckin, Wenzelo Fuzichin, Johannes de Creyinfelt et Sifridus de Breydinbach, scabini et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XII, in vig. circumcis. domini.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 416.

1312 (Dec.) Noverint universi, quod ego Johannes de Asselar et Gerburgis, uxor mea, vendidi Conrado dicto Durekauf, Immechoni, uxori suae, civibus wetflar., ii. mecretas papaveris annuae pensionis ex agro sito ante Kirsbohil juxta agrum dicti Pus. — Testes: Conradus Crawe, Rulo Reye, scabini wetflar. et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XII, mense decembri.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 417.

1313 (3. Febr.) Ego Elizabeth, relicta quondam Johannis militis de Merlauwe, una cum Reynboldo canonico et custode ecclesiae fritzlar., Eberhardo milite, Ruperto et Johanne, filiis meis, ac Elyzabeth nuru mea, uxore jam dicti Eberhardi, filii mei, necnon cum Johanne de Birkelar, generi mei, atque Johanne, Jutta et Kusa, liberis Emmir-

chonis dicti Strebekotz, generi mei, nepotibus meis, concorditer recognoscimus, quod vendidimus monasterio de Arnsburg omnia bona nostra in villa dicta Leytgesterin sita, ut ea titulo proprietatis pro majori parte, seu jure emphitiótico pro minori parte a curia dominarum de Aldinmonstere in Lindin dependente, possideant. — Testes: Gerwinus rector ecclesiae in Amene, Mengotus Guldene miles, Heinricus de Sassin, Volpertus frater suus, Johannes Angeli, Guntramus de Lindinstrut scabini in Gruninberg et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XIII, in crast. purif. virg. glor.

(Mit S. der St. Grünberg, die S. Reinbolds u. Eberhards vorg. fehlen.)

Nr. 418.

1313 (18. März.) Nos Hartradus dictus Pinnegescerć et Hedewigis conjuges de villa Gunsse notum facimus, quod dedimus dono elemosine ad lampadem monasterii in Arnsburg, duas metretas papaveris seu olei communis annuae pensionis, ex quodam agro nostro, sito in campis villae Gunsse praedictae, of dem Scheide nuncupato, prope altam arborem, et nos religiosi praedicti recognoscimus, quod concessimus praenotatis conjugibus dictum agrum pro dimidia libra cerae annui census suae vitae temporibus possidendum. — Testes: Conradus de Catzenfurt, Johannes Bayer, scabini wetflar. et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XIII, dominica, q. cantat. oculi mei.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 419.

1313 (24. März.) Notum sit, quod ego frater Helwigus monasterii in Arnesburch ac ego Heinricus dictus de Wetflaria, natus quondam Lodewici dicti Cremers, necnon Hedewigis de Fredeberch, conjuges, vendidimus Conrado dicto Druschart, fratri mei Henrici praedicti, Elizabeth, uxori suae, natae dictae der Gruceren, civibus wetflar., et eorum haeredibus omnem meliorationem domus quondam

Lodewici et Hillemodis conjugum, parentum mei Henrici et Conradi praedictorum, quae ad nos ex portione haereditaria est devoluta ex morte Lod. et Hild. conjugum praedictorum. Est autem dicta domus sita inter thuguria infra muros wetflarienses inter domum Conradi dicti Burenheymer et stabulum Heynemanni Rulispergirs. Solvent etiam dicti conjuges de praefata domo iv. solidos col. den. Windrudi de Brachbach, item monasterio praedicto ii. marcas den. census nomine annuatim.*) — Testes: Hermannus Selege, Rulo Reya, scabini wetflar. et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XIII, in vig. annunt. b. Mariae virg.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 420.

1313 (2. Juni.) Das Kloster Arnsburg schließt mit dem Benedictinerkloster Peter und Paul in Erfurt eine Fraternität.

Dat. a. d. M.CCC.XIII, in vig. penthecostes.

(Mit Siegel des gen. Klosters in Erfurt.)

Nr. 421.

1313 (26. Juli.) Ego frater Heinricus de Battinburg, vicecommendator domus in Nytdehe, cum universis fratribus ejusdem domus, ordinis hospitalis s. Johannis jerosolimitani, recognoscimus, quod ex jussu et assensu Helfrici, prioris dicti hospitalis, propter urgentes necessitates nostrae domus, vendidimus monasterio in Arnsburg bona nostra mere propria

*) 1313 (im Apr.) bekennen sich der vorg. Conrad gen. Druschart und seine Gattin Elisabeth dieses Zinses schuldig. Zeugen: Conradus Crawe, Rulo Reye, Gerlacus Madirsele, scabini wetflar. (Mit Siegel der Stadt Wetzlar.) Auch geben sie am 19. Okt. d. J. dem Kloster einen benannten Hellerzins von demselben Hause. Zeugen: Heynemannus Gerberti, Hartradus de Hirlisheim, Rulo Reyge, scabini wetflar. (Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

in villa Langete superiori sita,*) videlicet i. mansum, de quo Hermannus Hene jure colonario solvit xvi. solidos etc. i. mansum, de quo Hermannus Rychwin solvit etc. i. mansum, de quo Lodewicus Srule solvit etc. i. mansum, de quo Emmercho solvit etc. item i. mansum, de quo Gerlacus solvit etc. item i. mansum, de quo quidam Hettinstengere dictus solvit etc. item i. curiam, de qua Syfridus Enke solvit etc.**)

Dat. a. d. M.CCC.XIII, in crast. b. Jacobi apost.

(Mit Siegel des Ausstellers in grünem Wachse, da der vorg. Convent ein solches nicht hat.)

Nr. 422.

1313 (12. Sept.) P. s. moguntin. sedis archiepiscopus Johanni (de Bettinhusen) scolastico ecclesiae frankenvord. salutem in domino. Supplicarunt nobis Henricus de Pinkesten, Conradus de Muschenheym et Conradus de Birkelar, milites, quod cum ipsi pro salute animarum ipsorum et parentum eorum capellam in Birkenlar, pertinentem ad ecclesiam parochialem in Muschenheym, suis facultatibus adeo ampliare, ut sacerdotem proprium possit habere, intendant, nos intentioni adhibere consensum pastoralis sollicitudinis studio dignaremur, tuae discretioni mandamus, quatenus ad locum praedictum personaliter accedens, vocatis ad te plebano, patrono vel personis senioribus loci, si rem ita inveneris esse rationabilem, ut praemittitur, tu idem factum vice et auctoritate nostra approbando, ad debitum effectum perducas, adhibitis circa hoc sollempnitatibus debitis.***)

Dat. Dypurch, a. d. M.CCC.XIII, ii. idus septembris.

(Mit Siegel des Ausstellers.)

---

*) Aufschrift: Fidejussores sunt: Cunradus et Lodewicus fratres, Eckehardus filius Helwici armigeri dicti de Langete.

**) 1313 (1. Aug.) gibt Bruder Helfrich, Prior des Johanniterhauses zu Nidda, seine Einwilligung zu vorstehendem Verkauf. (Siegel fehlt.)

***) 1322 (16. Mai) beurkundet Abt Gerlach und der Convent des Klosters Arnsburg die Art und Weise der Trennung der Pfarrei Birklar

Nr. 423.

1314 (4. Jan.) Nos prior, magistra, totusque conventus monasterii in Dorlar et nos Eberhardus, et Kusa begina, pueri quondam Craftonis Vdonis, civis wetflar., recognoscimus, quod vendidimus monasterio in Arnsburg bona nostra sita in villa Luczil Linden, quae colit Conradus dictus Snabil villanus ibidem, et nobis ratione Luciae, commonialis nostrae, natae quondam Craftonis Vdonis praedicti, et nobis Eberhardo, Vdoni et Kusae memoratis ex portione haereditaria quondam patris nostri saepedicti contingerunt, cujus etiam altera pars praefatorum bonorum Hermanno dicto Moncere, civi wetflar., dinoscitur attinere. — Testes: Hermannus Selege, Gerlacus Madirsele, scabini wetflar. et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XIV, fer. vi. p. fest. circumcis. ejusd.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 424.

1314 (Jan.) Nos Cuno miles dictus Halbir de Gyzin et Hedewigis conjuges recognoscimus, quod omnes donationes bonorum in Selterse et in Lindin sitorum, per nos inter vivos factas monasterio de Arnsburg, ratas et gratas habemus, et dictos donationes ampliare volentes in remissionem peccaminum nostrorum et omnium progenitorum nostrorum, praedictis religiosis nomine elemosine donamus, donatione inter vivos, curiam nostram mere propriam cum pertinentiis in villa Herlsheym sitam, statuentes, quod xii. maldra siliginis annuatim provenientia in duo servitia cum pitanciis debitis in anniversariis patrum nostrorum dicto monasterio annis singulis convertantur, praeterea ordinamus, quod ii. maldra de praedictis bonis in meliorationem praebendae pauperum hospitalis vel in meliorationem lectisterniorum ejusdem

---

von Muschenheim. (Mit Siegel des Pfarrers in Birklar in grünem Wachse, des Ritters Conrad von Muschenheim, des Kämmerers und des Capitels in Friedberg.)

expendantur, ordinamus insuper, quod dimidia marca de redditibus dictorum bonorum sumatur et ii. caerei in elevatione sacrosanctae hostiae salvatoris nostri per sacristam annis singulis procurentur, adicimus quoque, ut i. maldrum portario assignetur, ut per hoc ad minus quatuor pauperes calcientur, quidquid vero reddituum super praedicta de dictis bonis poterit provenire, in communes utilitates dicti monasterii convertatur. Si vero contra ordinationem praesentem ex negligentia officialium dicti monasterii fuerit attemptatum, omnes redditus in fabricam ecclesiae wetflar. cedent integraliter. — Testibus: Hermanno de Bucheseke, Craftone de Rudinhusin, militibus, Hermanno Felice, Gerlaco Madersele, scabinis in Wetflaria, Cunrado de cellario, Reynhero de Lindin, scabinis in Gyzin et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XIV, circa octav. Epiphaniae dom.

(Mit Siegel des Ausstellers, sowie der Städte Wetzlar und Gießen.)

Nr. 425.

1314 (4. Febr.) Nos Godefridus et Henricus fratres, milites de Kalsmunt, profitemur, quod super impetitione per nos facta Methildi de Hirlisheim beginae, ratione juris omagii, in quo ipsam nobis astrictam fuisse putabamus, taliter ordinatum extitit, quod pro nobis et nostris haeredibus dictam Methildim ab hujusmodi jure liberam dicimus, consentientes omni donationi, legationi seu ordinationi factis seu faciendis monasterio in Arnsburch in bonis ejusdem ubicunque locorum sitis. — Testes: Heinemannus Gerberti, Hermannus Selege, Hartradus de Herlishem, scabini, Hermannus de Olmena, Ernestus Maucho, Conradus Stump, consules wetflar., et Conradus cellerarius superior in Arnsburch ac a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XIV, in crast. b. Blasii episc.

(Mit Siegel der Aussteller, das der Stadt Wetzlar fehlt.)

Nr. 426.

1314 (26. Juni.) Universis sit manifestum, quod Frytzo, quondam Cunradi dicti de Clane nepos, et Alheidis uxor

sua, cives mogunt., coram Nycolao saeculari judice mogunt. constituti, vendiderunt magistro Gotfrido, ecclesiae s. Johannis cantori, i. dimidiae marcae denar. colon. annuos redditus, super domo in vico lapideo, ex opposito domus Heinrici dicti Hameyz in horto caeresorum Moguntiae sita, dictique conjuges borgaverunt, id est sub cautione judiciaria, quae Borgen vulgariter dicitur, se singuli astrinxerunt, quod praenominato magistro G. de dicta domo tamdiu certam warandiam faciant, quousque se per bannos suos super eadem stabuliverit, prout Maguntiae consuetudinis est et juris. — Praesentibus: Johanne de Frideberg, C. zu Henninberg, Dymone et C. sutoribus, civibus mogunt.

Dictique judex atque cives praemissa coram se rite fuisse peracta ad monitionem H. de Rodinstein, camerarii mogunt., postmodum sub juramentis eorum in judicio publice recitarunt, praesentibus C. sculteto, Emer. Stubelone et Salmanno, judicibus saecularibus mogunt., N. H. et Ja. advocatis, Zipriano, Bemundo, Anzone, H. dicto Langenase, Pe. dicto Mul, Wenzone dicto Hasinzail et dicto Slich budell. ac a. q. pl. civibus mogunt.

Dat. a. d. M.CCC.XIV, fer. iv. p. nat. b. Johannis bapt.

(Mit 3 Siegeln.)

Nr. 427.

1314 (Juni.) Ego Gertrudis, uxor Conradi militis dicti Forhulze de Wonneckin, recognosco, quod cum aequa divisio bonorum meorum a Wigando quondam marito meo, patre fratris Conradi, monachi in Arnsburg, filii mei, in me et eundem filium haereditarie devolutorum, inter me et filium meum praedictum ex una, et Conradum militem, maritum meum praedictum, ex parte altera facta fuisset, et in eadem divisione bona subnotata libere dispositioni meae relicta fuissent, donatione inter vivos facta, dono redditus xxiv. octal. siliginis de ii. mansis et curiis in villa Bruchkebel

et in opido Woneckin sitis, monasterio in Arnsburg, ita sane, quod post obitus nostros Happelo et Agnes uxor sua, cognata mea, praedictos ii. mansos jure colonario a religiosis dictis recipient. — Testes: Wilhelmus plebanus, Conradus miles de Buchees, castrenses, Happelo de Eychen praedictus advocatus, Johannes Faber scabinus et magister civium in Wonneckin et fratres magister Hartmudus grangiarius et G. filius meus, monachi in Arnsburg.

Dat. a. d. M.CCC.XIV, circ. fest. b. Viti mart.

(Mit Siegel der Stadt Wonnecken.)

Nr. 428.

1314 (23. Juli.) Nos Wolframus miles de Bomersheim, advocatus in Aschaffenburg et advocatus provinciae a P. archiepiscopo mogunt. constitutus, ac omnes pacem provinciae jurati profitemur, quod ex clarificatione causae militum Richardi de Mushenheim ac Wernheri de Colenhusen, de bonis monasterii de Arnsburg una, et Conradi militis de Frauwenberg et fratrum suorum ac suorum haeredum ex parte altera contrariancium, sententiam protulimus, quod abbas et conventus de Arnsburg praedicti cum eisdem bonis possunt facere, veluti de bonis propriis aliis suorum.

Dat. Frankenford, a. d. M.CCC.XIV, fer. iii. prox. p. Mar. Magd., quae dicitur lantdag.

(Mit Siegel des Ausstellers.)

Nr. 429.

1314 (1. Aug.) Ego Conradus dictus Roest de Treyse armiger, pater Conradi clerici rectoris ecclesiae in Beldersheim, recognosco, quod pro ipso filio meo praedicto, existenti Erfordiae in studio, promitto, quod idem ratam habebit omnem ordinationem factam per Cononem dictum Kolbendensel de Beldersheim militem, super dotatione et sacerdotis institutione ad altare s. Nycolai et b. Katherinae in

ecclesia Beldersheim, prout in litteris Philippi de Minzenberg senioris super eo confectis plenius est expressum.

Dat. a. d. M.CCC.XIV, kal. augusti.

(Mit Siegel Reinhards, Plebans in Minzenberg und Heinrichs, Vicars der Kirche in Bellersheim.)

Nr. 430.

1314 (7. Aug.) Nos P. s. magunt. sedis archiepiscopus recognoscimus, quod institutioni perpetuae missae, quam Chuno dictus Kolbendensel de Beldersheim, miles, in altari s. Nycolai et s. Katerinae in ecclesia in Beldersheim in remedium animae suae de consensu patroni ipsius ecclesiae fecisse dicitur, nostrum consensum adhibemus.

Dat. Frankenfurd, a. d. M.CCC.XIV, vii. idus augusti.

(Das Siegel des Ausstellers fehlt.)

Nr. 431.

1314 (17. Sept.) Nos prior et procurator, totusque conventus fratrum heremitarum ordinis s. Augustini domus in Frideberg profitemur, quod frater Bertoldus laicus personas et res in Wullenstat sitas, nostro conventui donavit, donatas, nostro accedente consensu, ut pecuniam pro eisdem receptum in alios usus nostri conventus convertere possemus, vendidit et coram scabinis villae praedictae, civissae in Frankenfurt dictae Kachelhetten, quae eadem bona pro xxxii. marcis denar. comparavit, publice resignavit, nos igitur prior etc. praelibati praedictam venditionem et resignationem approbamus, coram civibus fridebergens., scilicet dicto Engel et H. dicto Rule et Linunt de Reidelshofen.

Dat. a. d. M.CCC.XIV, xv. kal. octobris.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 432.

1314 (1. Dec.) Ego Volpertus senior de Sassen, civis in Gruninberg, recognosco, quod in remissionem omnium

peccatorum meorum renuncio omni pensioni siliginis et censui, quam monasterium in Arnsburg annis singulis ad tempora vitae meae mihi dare tenebatur, volens, ut eadem pensio quamdiu vixero cellerario coquinae praedicti monasterii ad pitanciam totaliter ministretur. Insuper lego dictis religiosis redditus x. sol. den., ii. anserum et pullorum in Westwich juxta Liche, nomine elemosinae in perpetuum possidendos.

Dat. a. d. M.CCC.XIV, in adventu domini.

(Mit Siegel des Ausstellers.)

Nr. 433.

1315 (9. Jan.) Ego Gerhardus dictus Store miles de Gyzen notum esse cupio, quod communicata manu Eleydis uxoris meae, omniumque puerorum meorum, monasterio in Arnisburg xii. maldra siliginis et avenae, in villa Rychulfiskirchen sita, in remedium animae meae, Eleydis uxoris meae ac puerorum meorum omnium dedi propter deum.

Dat. a. d. M.CCC.XV, fer. v. infr. octav. Epiph. dom.

(Mit Siegel des Ausstellers in grünem Wachse.)

Nr. 434.

1315 (29. Jan.) Cantor ecclesiae frankenford. judex, ab abbate monasterii s. Petri in Erfordia, conservatore privilegiorum et jurium ordinis cysterciensis a sede apostolica delegato, subdelegatus recognoscimus, quod Johannes scultetus in Reddelnheim dictus de Stedin et Adelheidis uxor ejus, Gysela relicta quondam Volzonis de Reddelnheim et Volzo ejus filius, in nostra praesentia constituti, praedicti Johannes et Adelheydis conjuges sunt confessi, se jure haereditario conduxisse apud monasterium de Arnsburg bona in villa Reddelnheim sita, quae olim Cunradus dictus Mulnere ab ipso monasterio tenuit, videlicet curiam et vineam, item v. quartalia dicta an deme Kysse, item i. agrum situm juxta viam, qua itur Escheburnen et tendit uno

fine in den kalkindayl, item i. jugerum superius in campo et etiam tendit uno fine in den kalkindayl, terrae arabilis, item i. pratum dictum obirwyse et i. pratum dictum Lutzelwyse, pro xxi. solidis col. denar. annui census, sub conditione, quod praefata Gysela iam in praesenti i. agrum dictum den agker, in terminis villae Reddelnheim situm, pro subpignore dicto monasterio obligavit tam diu, donec supradictus Johannes bona proprietaria ad valorem vi. marcarum den. col. sua pecunia comparabit et ea loco praedicti agri pro subpignore assignet.

Act. a. d. M.CCC.XV, in die b. Severi episc.

(Mit Siegel der Ausſteller.)

Nr. 435.

1315 (7. Febr.) Sifridus plebanus in Lutzellinden a cantore frankenvord. per abbatem monasterii s. Petri in Erfordia, conservatorem privilegiorum cysterc. ordinis generaliter delegatum, subdelegato, auditor testium deputatus a. d. M.CCC.XV, in crast. b. Agathae virg., in causa injuriarum, quam abbas et conventus de Arnsburg contra Heinricum Adelungi, Mehthildin uxorem suam, Adelungum et Hermannum scolarem, filios eorundem conjugum, prosequntur, super bonis in Holzhusin et Clein, quae frater Rudolfus de Klein, nunc conversus praedicti monasterii, ante conversionem suam una cum Lisa conjuge sua, nunc begina, eidem donaverat, processimus in hunc modum: frater Cunradus de Velle, conversus praedicti monasterii, primus testis dixit, quod bene sciat, quod Heinricus Adelungi praedictus primo in praesentia Cunradi militis de Clein et subsequenter Mehthildis, uxor sua praedicta, in praesentia fratris Hartmudi de Gridele, quondam syndici monasterii, renunciaverint bonis eisdem; frater Rudolfus conversus secundus testis dixit — Heinricus Rode de Clein tertius testis, cognatus praedicti Rudolfi et Lisae, dixit — Guda de Holtzhusen, uxor Rudolfi

ibidem quarta testis dixit — Osterlindis de Clein uxor Heccardi ibidem quinta testis dixit — Heinricus Store de Clein sextus testis dixit — Eberhardus dictus Clippeus de Clein septimus testis — Rudolfus Schredil de Clein octavus testis dixit — Heckardus de Clein nonus testis dixit — Rudolfus de Holtzhusen decimus testis dixit, quod Lisa, uxor fratris Rudolfi, Gela quondam bekina et Rulo cognatus suus, renunciaverint bonis eisdem iterato in Wetflaria.

Dat. a. d. M.CCC.XV, fer. vi. ante domin. invocavit.

(Mit Siegel des Ausstellers.)

Nr. 436.

1315 (25. Febr.) Nos Gerhardus, decanus ecclesiae fritzlar. recognoscimus, quod Henricus dictus de Rodynchem et Lodewicus de Selheym, consanguinei nostri, fratres, necnon caeteri cohaeredes eorum, bonis in villa inferiori Rosstorph et in Walgeren sitis, per Bertradin relictam quondam Rodolfi, avunculi nostri, et Bertradim bechinam, filiam ejusdem, monasterio in Arnsburg venditis et xii. annis quiete ab eodem monasterio possessis, non obstante, quod pars eorundem bonorum in Rostorph sitorum ipsis H. et L. fuerit censualis et quod si praedicta Bertradis et filia sua intestatae decederent, eadem bona ad nos et praedictos consanguineos nostros forent devolvenda, renunciaverunt.

Dat. a. d. M.CCC.XV, in crast. b. Mathie apost.

(Das Siegel fehlt.)

Nr. 437.

1315 (12. März.) Ego Crafto miles senior de Beldersheim recognosco, quod cum quaedam materia quaestionis inter monasterium de Arnsburg ex una et strenuum virum Ameliis, militem, dictum de Huchilheym et Juttam uxorem suam ex parte altera, super quibusdam bonis et juribus in Anninrode sitis, nomine testamenti per piae memoriae Henricum Scabin, militem de Staufinberg, praedictis religiosis

donatis, orta, et in me tanquam in arbitratorem ab eisdem partibus compromissum, a me quoque sententialiter diffinitum fuisset, quod praedicti Ameliis et uxor sua nihil omnino juris haberent in bonis et juribus supradictis, et quod plenum jus in eisdem bonis et juribus praedicto monasterio per me adjudicatum fuisset, tandem iidem Ameliis et uxor sua se vel suos haeredes nullum jus habere in bonis et juribus memoratis per suum juramentum publice sunt confessi.

Dat. a. d. M.CCC.XV, in fest. b. Gregorii papae.

(Mit Siegel des Ausstellers.)

Nr. 438.

1315 (26. März.) Castrenses et scabini in Gyzen recognoscimus, quod Conradus dictus Wammeselere de Anninrode, olim civis noster, et Methildis, conjuges, vendiderunt monasterio de Arnsburg agros in terminis villae Anninrode sitos, videlicet dimidium juger dictum dy helbelinewise, item juger cum dimidio dictum imme hen, item juger imme herlee, item juger in der kelrisgrubin, item dimidium juger juxta Ruzeren, item juger cum dimidio dictum der zigenerin stucke, item dimidium juger dictum des sepheris landis in campo versus hen; item in campo dicto daz obirfelt juger cum dimidio dictum daz rubinstucke, item juger dictum vnder deme hen stucke, item dimidium juger an me obirgedin stucke, item ii. jugera in ii. agris dicta an me strange; item in campo dicto an der Rode ii. jugera in ii. agris gen deme eynsidelin wege, recipientes agros eosdem a praefatis religiosis jure colonario pro ii. maldris siliginis annuae pensionis. *) — Testes: Hermannus de Buchesecke, Gerhardus Store, Synandus, Helfricus, milites,

*) Aufschrift: fidejussores sunt: Happelo filius Bertae, Reynhardus Dacze, Syplo Junge.

Eckardus sutor, Gerlacus pistoris filius, scabini in Gyzen et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XV, in crast. annunciationis domini.

(Mit Siegel der Stadt Gießen.)

Nr. 439.

1315 (März.) Ego Crafto miles dictus Croppo, scultetus domini Ph. junioris in Minzenberg, recognosco, quod cum quaedam materia quaestionis inter monasterium de Arnsburg ex una, et Henricum Adelungi de Cleyn, Methildin, uxorem suam, et Adelungum et Hermannum scolarem, natos eorundem conjugum, ex parte altera, super bonis et agris in Clein et Holzhusin villis sitis, per fratrem Rudolfum nunc conversum ejusdem monasterii, fratrem ejusdem Henrici Adelungi, et Lysam nunc beckinam, quondam uxorem suam, donatione inter vivos facta, eidem monasterio donatis et ab eodem xv. annis et amplius possessis, et super aliis dampnis dulsis, orta, et per Wenzlonem militem de Colnhusyn et Henricum Wlpem de Palgunse arbitros diffinitum fuisset, quod Henricus et Methildis et filii sui praedicti nihil omnino juris haberent in bonis memoratis, tandem ex praecepto praedictorum arbitrorum iidem H. Adelungi, Methildis uxor sua et filii sui renunciaverunt bonis praedictis universis, et Hermannum dictum Schilt de Cleyn et Eberhardum, filium quondam Eberhardi magni de Holzhusin, fidejussores posuerunt. — Testes: Wenzlo et Wlpes arbitri praedicti, Berthous miles de Gridele, Orto cingravius de Holzheim, Sifridus cingravius de Kirchgunse, Theodericus Wengescere et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XV, circ. fest. b. Gregorii papae.

(Das Siegel des Ausstellers fehlt.)

Nr. 440.

1315 (März.) Nos Gerlacus dictus Madirsele scabinus et Hertwinus, procuratores hospitalis s. spiritus infirmorum

in Wetflaria, recognoscimus, quod vendidimus Conrado, filio quondam Beringeri, Hildegundi sorori suae beginae, civibus wetflar., i. maldrum siliginis annuae pensionis, quod dictum hospitale olim ex omnibus bonis haeredum quondam Sifridi dicti Bliden, sitis in Dudenhoben, dinoscitur comparasse, de qua pensione Conradus et Hildegundis praedicti iii. quartalia, et haeredes Conradi dicti Obirhoben i. quartale siliginis eidem hospitali solvere tenebantur; item vendidimus eisdem C. et Hil. ii. sol. col. etc. in domo retro domum C. et H., quae olim fuit Wernheri de Rechinbach sutoris pro xiv. marcis denar. — Testes: Heinemannus Gerberti, Hermannus Selege, Hartradus de Hirlisheim, Rulo Reyge, Johannes Beyir scabini et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XV, mense marcio.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 441.

1315 (4. April.) Noverint universi, quod nos Wygandus dictus de Aslar et Wygandus, Cunradus et Rudolphus, filii mei, vendidimus monasterio de Arnsburg quosdam agros de bonis nostris omnino propriis in villa Palgunse sitos, videlicet in campo ante silvam pail versus Gridele — apud Lupilinum — apud Rudolphum in fine — apud Juttam de Butsbach for deme pale — apud Erwinum apud silvam pail — for deme grazze apud Bernonem — in campo villae Butsbach by der heckin — for deme spreyde versus campum Butsbach — apud pratum Craftonis — apud Wykardis wysin — an deme Gridelere pade — der slozlil da by — apud Serbiz ackir — an deme molin wege — zu herdebach juxta pontem — offe deme seydilgrabin — in campo versus Eberhartsgunse — offe deme Wyngartin — zu springin — an delin rode — for den Eychin — an deme grasechtin stucke apud Bernonem — offe deme hoylirwege — by deme springerwege — by deme wartbaume — an der hardebach —

apud Juttam in via silvae ville — in campo inter duas villas — an der martbach vnd an der horwe — apud stratam — an deme striche vnd an deme kirchgunsir wege — offe deme boilirwege — apud Hartradum dictum Baurum — apud Syfridum textorem — super sepem Lybisten beckine — apud H. Schiben byme stege — apud valvam textorum — der anwendere an der Roden — offe daz wydee daz offe daz floz stozit — apud pratum by deme Engelin steyne.*) — Testes: Heynricus Quittelin, Hermannus Gutwin, Anshelmus junior, Wygandus ante portam, scabini in Mynzinberg, Heynricus dictus Fois et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XV, in fest. b. Ambrosii episc. et conf.

(Mit Siegel der Stadt Minzenberg.)

Nr. 442.

1315 (April.) Ego Berthradis, relicta quondam Rudolphi de Battinfelt, civis in Marpurg, et Berthradis beckina, filia mea dictae de Rudinkeim, cives in Marpurg, recognoscimus, quod cum omnia bona nostra in inferiori Rosdorf et medietatem curiae in Rodinwalgeren nostram sita, monasterio de Arnsburg vendiderimus, et etiam quaedam bona emphiteotica, eisdem bonis in Rosdorf hinc inde commixta, eisdem religiosis nomine elemosinae donaverimus, donationem olim factam ratificamus.

Dat. a. d. M.CCC.XV, circ. fest. b. Georgii mart.

(Mit Siegel der Stadt Marburg.)

Nr. 443.

1315 (9. Mai.) Nos Siboldus abbas, totusque conventus monasterii s. Albani extra muros magunt. recognoscimus, quod nos ordinationem causae, quae inter monasterium in Arnsborg, monasterium de Throno ex parte una, et nos ex

---

*) Aufschrift: fidejussores Rudolphus Wlpes et duo filii sui et tres filii sororis ejus, Rulo filius Wyntheri et Erwinus filius H. Divitis et Guntramus filius Wyntheri.

parte altera, super bonis praepositurae notrae in Hoesten, sitis in terminis villae Acruftele vertitur, factam per arbitros, videlicet magistrum Reinherum, cantorem ecclesiae frankinvord., et Heinricum de Bienbach, plebanum in Cruftele, ratificamus.

Dat. a. d. M.CCC.XV, vii. idus maii.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 444.

1315 (10. Mai.) Nos Mengelo, Gela et Jutta, liberi quondam Mengelonis patris nostri, residentes in Lyche, recognoscimus, quod cum abbas et conventus monasterii in Arnsburg in omnibus bonis nostris, ad nos ex succesione paterna devolutis, iv. octalia siliginis annui redditus habuissent, et eadem bona nostra emphiteotice ejusdem pensionis debito ab antiquo onerata fuissent, praedicti religiosi nobiscum praedictam pensionem pro bonis nostris mere propriis in inferiore villa Alpach sitis, v. octalia siliginis annuae pensionis solventia, permutarunt. — Testes: fratres Mathias subcellerarius, Hermannus Schudewrfel syndicus, Cunradus magister in Coylhusen de Arnsburg, ... plebanus de Lyche, Cunradus armiger de Alpach, Rudolfus molendinarius, Heynricus Schaube, Cunradus carnifex, Wigandus carnifex, scabini in Lyche, Hermannus Judde, Frizzo sartor, cives ibidem, Wintherus heymburgus, Johannes colonus praedictorum bonorum, Happelo filius opilionis de Alpach et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XV, in vig. penthecostes.

Fidejussores vero sunt: Rudolfus molendinarius, Heynricus Schaube et Mengotus unus venditorum praedicti.

(Mit Siegel der Stadt Lich.)

Nr. 445.

1315 (30. Mai) Judices s. mogunt. sedis recognoscimus, quod Emercho dictus Henrich de Marpisheim confessus est, se vendidisse de consensu Gyselburgis uxoris suae

annuam pensionem ii. sol. denar. solvendorum de v. jugeribus terrae arabilis, sitis in terminis villae Marpisheim inferioris, in medio bonorum fratrum theuton. et Heilmanni dicti Schup ibidem, monasterio in Arnsburg pro ii. marcis denar. coloniensium.

Dat. a. d. M.CCC.XV, iii. kal. junii.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 446.

1315 (31. Mai.) Ego Adelheydis, relicta quondam Johannis dicti Schelmen, militis de Bergin, recognosco, quod bona in villa Bergen sita, in remedium animarum meae, Johannis mariti mei, filiarum nostrarum ac progenitorum nostrorum, trado monasterio in Arnesburg, videlicet curiam cum domo lapidea in Bergen, quam inhabitavi — in campo superiore vf dem paffiintail — vf dem mittelvelde juxta sepem Cunradi dicti Rumphinheymere — in dem fronegrvnde — schuschin den lohin — retro den nydern lohin — in campo inferiore bi dem Birboyme — an dem Schlagwege — in via, qua itur Velwile — vf dem arzeede — zu Steinagkere — in dem Rosindragere — iuxta viam, qua itur Frankenford — ulterius dem berg vf versus Seckebach.*)

Dat. a. d. M.CCC.XV. prid. kal. junii.

(Mit Siegel der Stadt Frankfurt.)

Nr. 447.

1315 (16. Juni.) Nos Gotfridus praepositus et conventus sanctimonialium in Smerlinbach recognoscimus, quod cum Alheydis, relicta quondam Johannis militis dicti Schelme,

---

*) **1340** (2. Juni) bezeugt Conrad von Bergen, Commenthur des Deutschordenshauses b. Frankfurt, daß er bei dieser Schenkung gegenwärtig gewesen sey, daß die vorg. Adelheid die Güter von dem Kloster um einen jährlichen Zins wieder zurückempfangen habe und daß er von keinem Kaufe, wohl aber wisse, daß die Güter erstarben von Frau Adelheid auf sie und ihre Kinder, und dann von ihren Kindern auf sie. (Mit Siegel des Ausstellers.)

nobis curiam cum domo lapidea et agros in villa Bergin sitos dederit, nunc vero eadem Alheydis alia bona aequivalentia nobis assignaverit, praedicta bona nobis prius donata monasterio de Arnsburg dederit, eidem donationi adhibentes consensus nostros, haereditariae devolutioni ratione Gudae moniali nostrae, natae praedictae Alheydis, renunciando, confitemur nullum jus habere in bonis praedictis ratione donationis supradictae.

Dat. a. d. M.CCC.XV, in crast. b. Viti mart.

(Die Siegel der Aussteller fehlen.)

Nr. 448.

1315 (9. Juli.) Judices s. mogunt. sedis recognoscimus, quod Heinricus de Attenderne clericus renunciavit omni juri et actioni in bonis, sitis in terminis villae Wikere, contra monasterium in Arnsburg, super quibus bonis inter quondam magistrum Gobelonem cantorem ecclesiae s. Johannis mogunt. et praefatum monasterium lis vertebatur. *)

Dat. a. d. M.CCC.XV, vii. idus julii.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 449.

1315 (1. Okt.) Nos Reynhardus cantor et canonicus ecclesiae frankinvord. et Heinricus de Biginbach sacerdos, plebanus in Cruftele, arbitri, recognoscimus, quod cum inter monasterium s. Albani extra muros mogunt. et praepositum in Hoyste ex parte una, et monasterium de Arnsburg ex parte altera, super censu xx. denar. de quibusdam bonis in villa Acruftele sitis, orta fuisset materia quaestionis, diffinimus, quod censum xx. denar. praedictorum praedicti religiosi venderent monasterio de Arnsburg praelibato.

Dat. a. d. M.CCC.XV, in kal. octobris.

(Mit Siegel der Aussteller in grünem Wachse.)

---

*) 1315 (4. Dec.) Vollmacht des Johannisstifts zu Mainz für den vorgen. Heinrich, seinen Subdiacon, rücksichtlich des ob. Verzichtes.

Nr. 450.

1315 (4. Nov.) Nos Arnuldus armiger de Wynthusin, caeterique cohaeredes advocatiae in Wynderode et Rycholfiskirchin recognoscimus, quod cum inter nos ex una et monasterium de Arnsburg ex parte altera, super quibusdam bonis et juribus per Gerhardum dictum Store militem et Alheydim quondam uxorem suam, nomine elemosinae eisdem religiosis traditis, in Rycholfiskirchin sitis, quae credebamus ad praedictam advocatiam nostram pertinere, orta fuisset materia quaestionis, quia nihil juris, ut postmodum pro certo reperiebamus, nobis in praedictis bonis competebat, cum omnes possessores eorundem bonorum a lx. annis et amplius titulo merae proprietatis pacifice possederint bona et jura eadem, a quibus ipsa bona, multis habitis possessoribus, tandem sunt in praedictum monasterium derivata, et ipsum monasterium completa praescriptione legitime pociatur, ab omni actione monasterii praedicti simpliciter cessantes, renunciamus omnibus actionibus et exceptionibus nobis in bonis et juribus praedictis competentibus. — Testes: Heynricus de Sassin, Petrus Cremere, scabini, Gerlacus dictus Sturzikub et Rolo de Manzilar, cives in Gruninberg et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XV, in iii. fer. p. fest. omn. sanct.

(Mit Siegel der Stadt Grünberg, Ritters Wenzelo v. Engelhausen, eines Verwandten und Miterben des Ausstellers, sowie des letzteren selbst.)

Nr. 451.

1315 (10. Nov.) Nos Happelo de Eychen advocatus in Wonneckin et Agnes conjuges recognoscimus, quod cum inter nos ex una, et monasterium de Arnsburg ex parte altera, super jure percipiendi annuatim anseres et pullos de bonis in Oberahe et in Romedehusen sitis, per Cunradum militem dictum Forhulze de Woneckin et Gertrudim, quondam uxorem suam, eisdem religiosis, ratione fratris Cun-

radi, filii sui, monachi ibidem, traditis, orta fuisset materia quaestionis, sub forma compositionis est inter nos ordinatum, quod anseres et pullos nos Happelo et Agnes percipere debeamus ad tempora vitae nostrae. — Testes: Thilemannus miles dictus Friz de Dorfeldin et Marquardus armiger de Karbin et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XV, in vig. b. Martini hyemalis.

(Mit Siegel der Stadt Wonnecken.)

Nr. 452.

1315 (4. Dec.) Notum sit, quod nos frater Rudolfus, lector fratrum minorum in Maguncia, Wigandus, cantor ecclesiae s. Mariae ad Gradus mogunt., et magister Heinricus Lumbardus, advocatus sedis mogunt., arbitratores a decano et capitulo ecclesiae s. Johannis mogunt., necnon Petro dicto Schekelere cantore ejusdem, Rudolfo dicto de Attinderna ecclesiae mogunt. vicario, Reynoldo dicto de aurea ove, Theoderico dicto de Wolkinburg, civibus mogunt., Thilmanno notario curiae mogunt. et Fryderuna dicta de Attinderna begina, manufidelibus quondam domini Gobelonis cantoris ecclesiae s. Johannis ex parte altera, electi et deputati, super inquisitione testamenti dicti quondam G. cantoris, et super omnibus bonis ab eodem G. ad vicariam in ecclesia s. Johannis praedicti et Heinrico clerico, filio Ydae de Attinderna, suo consanguineo, assignatis, nos examinatis quibusdam testibus, quia invenimus, praefatum quondam G. cantorem suum testamentum mutasse, et voluisse, ut dicta bona una cum persona dicti Heinrici ab ecclesia s. Johannis supradicti ad monasterium in Arnspurg transferentur, quibus per nos expositis decano et capitulo suprascriptis, iidem mutacioni dictae ultimae voluntatis consenserunt.

Dat. a. d. M.CCC.XV, ipso die b. Barbarae virg.

(Mit Siegel der Schiedsrichter.)

Nr. 453.

1315 (13. Dec.) Ego Gerhardus Store miles recognosco, quod abbati et conventui monasterii in Arnsburg, in remedium animae meae, uxoris meae, et omnium liberorum meorum, nomine testamenti, dedi et assignavi xlvii. marcas den.; quas adhuc Otto lantgravius terrae Hassiae secundum defalcationem debiti, in quo mihi extitit obligatus, tenetur, percipiendas de redditibus xx. maldrorum siliginis, infra terminos opidi Gyzen cedentibus, quos idem dominus meus mihi pro eodem debito obligavit, tamdiu in opidum wetflar. praesentandis, quousque secundum aestimationem bladi in dominica invocavit annis singulis praedictae xlvii. marcae fuerint religiosis praedictis integraliter persolutae. Item lego eisdem census infrascriptos etc. ad certa loca, in litteris meis super eo confectis, sigillis meo et fratris Hartmudi confessoris mei sigillatis, conscripta. *) — Testes: Hermannus de Buchesecke, Crafto de Rudinhusin, Reynhardus de Sualbach, milites, Burchardus Kalp, castrenses, Hartmudus de Clettinberg scultetus, Eckehardus sutor, Gerlacus filius quondam pistoris, scabini in Gyzin, Andreas et Rupertus filii mei, Alheidis soror mea et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XV, in fest. b. Luciae virg.

(Mit Siegel der Stadt Gießen und des Ausstellers.)

Nr. 454.

1315 (22. Dec.) Nos Reinhardus plebanus; Heinricus capellanus missae matutinalis, Johannes de Beldersheim, Wernherus de Colnhusen, milites, Anshelmus senior, Heinricus Quithelin, Wernherus dictus Cleynekauf, Hermannus Gutwini et Anshelmus junior, scabini in Minzenberg, recognoscimus, quod in causa, quae vertitur inter monasterium

*) Aufschrift: fidejussores sunt Hermannus de Buchesecke, Crafto de Rudinhusin, Reynhardus de Sualbach, milites, Burchardus Kalp et Hartmudus de Clettinberg, armigeri.

Arnsburg, et Heydenricum rectorem ecclesiae in Lynden, super censu quodam, in quo idem Heyd. asserit eosdem religiosos ratione ii. mansorum, sitorum in terminis nunc grangiae suae Mengoshusen, olim vero villae, sibi et ecclesiae suae obligari, per fratrem Hartmodum de Linden, monachum praedicti monasterii, arbitratorem causae ejusdem, nobis exposita, nostram sententiam requirentem, diffinimus, quod si religiosi praedicti xl. annis et amplius in possessione praedictorum mansorum fuerint absque requisitione census praedicti in jure facta coram judice competente, quod merito ulterius eosdem mansos de jure debeant possidere.*)

Dat. in Minzenberg, a. d. M.CCC.XV, in crast. Thomae apost.

(Mit Siegel des vorg. Pleban Reinhard in grünem Wachse.)

---

*) Es ist obiger Urkunde ein Pergamentstreifen angeheftet d. d. 1315 (26. Dec.) folgenden Inhaltes:

Nos Angelus sacerdos dictus de Sassin, .. Dugel senior et Cunradus de Erlebach, milites, recognoscimus, quod ad consuetationem fratrum H. de Geylinhusin et Hartmudi de Lyndin arbitrorum, sententiam nostram in causa contenta in litera, cui haec est annexa, requirentium, nobis per eosdem exposita, sententialiter pronunciamus, quod sententia a militibus et scabinis de Minzenberg prolata, rationabilis est atque justa, nec ecclesia in Lyndin aliquod jus habet in bonis, quibus lis est orta, sed ex quo monasterium de Arnsburg xl. annis fuit absque impetitione in jure facta coram judice competente, de jure debet bona eadem tanquam sua propria possidere. (Mit Siegel des Ausstellers, da die andern das ihrige nicht bei sich haben.)

1316 (2. Jan.) stellt Heynrich, Rector der Kirche in Großlinden, eine Urkunde gleichen Inhalts aus, nach welcher er, Hartmud von Linden, und das Kloster, Heinrich v. Geilnhausen, Mönche in Arnsburg, als Schiedsrichter erwählten, welche theils auf den Grund der Verjährung, theils der Zinsregister des Missalbuchs in Linden, sowie der abgehörten Zeugen, entschieden, daß dem Aussteller und seiner Kirche keinerlei Rechte an den vorg. Gütern zustehen. (Siegel des Ausstellers fehlt.)

Nr. 455.

1316 (3. Jan.) Judices s. mogunt. sedis recognoscimus, quod Henricus de Attenderne clericus, ob animae suae salutem, monasterio in Arnspurg redditus annuos v. sol. denar. et iii. denar. col. sibi cedentes de apotheca Jacobi zume Gasenbechere, sita apud s. Godehardum inter pellifices Moguntiae, ac dimidiae marcae denar. de domo et horto Friderici zume Slussele, sitis ex opposito . . . dicti Hammeis in horto caerusorum, sibi cedentes, donavit donatione inter vivos.

Dat. a. d. M.CCC.XVI, iii. nonas januarii.

(Mit Siegel der Mainzer Richter.)

Nr. 456.

1316 (13. Jan.) Johannes scolasticus ecclesiae frankenford. universis salutem in domino. Cum P. archiepiscopus mogunt. super separatione capellae in Birkenlar a parochiali ecclesia in Muschenheim nobis commiserit vices suas, nos itaque, assumpto fratre Henrico de Geylenhusen, investigata veritate, super proventibus ipsius ecclesiae et competenti sustentatione sacerdotis, cum consensu patronorum et pastoris ipsius parochialis ecclesiae in Muschinheim, dictam capellam in Birkenlar a parochia praenotata in nomine domini separamus.

Dat. a. d. M.CCC.XVI, in octav. Epiphaniae dom.

(Mit Siegel des Ausstellers.)

Nr. 457.

1316 (13. Jan.) Notum sit, quod nos Wygandus dictus de Aslar et liberi mei universi vendidimus monasterio in Arnsburg curiam nostram, quam ego Wygandus in villa Palgunse iam dudum inhabitavi, et i. juger pratorum in terminis ejusdem villae situm, dictum vnder Gridelere wege in de auwe, profitentes dictos religiosos mihi Wygando patri

et post obitum meum uni haeredum meorum indivisim concessisse jure colonario curiam praefatam et pratum una cum agris, praedictis religiosis ibidem per nos prius venditis, pro i. marca reddituum denar. et xiv. maldra siliginis. — Testes: Hermannus Gutwini et Wernherus Cleinekouf scabini in Minzinberg et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XVI, in octav. Epiphaniae dom.

(Mit Siegel der Stadt Minzenberg.)

Nr. 458.

1316 (7. März.) Nos Wyderoldus rector ecclesiae in Hadebradishusen et Gumpertus rector ecclesiae in Aldenkirchen, fratres, filii quondam Gumperti militis dicti de Curia et Gerdrudis conjugum, recognoscimus, quod in remedium animarum nostrarum et progenitorum nostrorum, renunciamus omni juri, nobis in curia in Dorfgulle sita, per praedictam matrem nostram, et fratres ac sorores nostros omnes praedicto monasterio vendita*) et ab eodem xl. annis inconcusse possessa, quomodocunque competenti. — Testes: Johannes abbas, fratres Helwicus et Hartmudus monachi praedicti monasterii, Wernherus plebanus in Banebaden, et Hermannus de Olmena oppidani wetflar. et q. pl. a.

Dat. a. d. M.CCC.XVI, in domin. q. cant. reminiscere.

(Mit Siegel Heydenrichs, Decans zu Wetzlar, Sifrieds Erzpriesters das. und des Ausstellers, sämmtlich in grünem Wachse.)

Nr. 459.

1316 (25. März.) Nos Wyderoldus, Gumpertus, Hermannus et Arnoldus fratres, filii quondam Eckehardi de Hoenvels militis, et Albradis, conjugum, recognoscimus, quod cum inter nos ex una et monasterio de Arnsburg ex parte altera, super curia in Dorfgulle sita, per quondam Gerdrudim avam nostram, cum consensu praedictae matris nostrae et omnium puerorum suorum aliorum eisdem religi-

*) ao. 1275. Gud. cod. dipl. III. 1148.

osis olim vendita et ab eisdem. xl. annis et amplius inconcusse possessa, orta fuisset materia quaestionis, renunciamus omnibus actionibus nobis contra praedictos quomodocunque competentibus, et nobis nullum jus in praefata curia competere confitemur, dantes eisdem praesentes litteras Godfridi de Hotsfelt in Ameneburg, Volperti dicti Hosechin in Gruninberg, militum, consanguineorum nostrorum, et Heynrici dicti Zolnere in Marpurg, officiatorum, sigillis, quia propriis caremus, roboratas. — Testes: Hartmannus de Hake et Lodewicus de Lare officiati in Wettere, Wernherus de Hoenvels consanguineus noster, Johannes Jnstitor, Gerhardus Caute, Hermannus Faber, cives in Wettere, Lodewicus Dens civis in Marpurg et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XVI, in die annuntiationis b. virg.

(Mit 3 Siegeln.)

Nr. 460.

1316 (um 23. April.) Nos Paza, relicta quondam Mengoti dicti Bonemesere armigeri, Kunegundis, Alheidis, Cunradus et Johannes, liberi mei, recognoscimus, quod iii. jugera cum dimidio terrae arabilis, juxta et infra nemus dictum dye hart sita, vendidimus pro ii. marcis den. monasterio in Arnsburg, et quia Johannes praedictus filius meus xi. annorum, nondum annos legales est adeptus, fidejussores constituimus Heinricum dictum Scheibe et Wigandum carnificem, scabinos in Lyche. — Testes: fidejussores praedicti, Cunradus carnifex scabinus et Albertus Faber civis in Lyche.

Dat. a. d. M.CCC.XVI, circa fest. b. Georgii mart.

(Mit Siegel der Stadt Lich.)

Nr. 461.

1316 (25. April.) Nos burgravius, sculteius, scabini et consules in Frideberg notum facimus, quod Sesselindis beckina, nobiscum residens, tenorem literarum infrascriptarum approbare recognovit: Nos Johannes abbas et conventus

monasterii in Arnsburg recognoscimus, quod cum Sesselindis begina, nunc residens in Frideberg, redditus iv. maldrorum siliginis de curia et omnibus bonis annexis in villa Berinburnin juxta Holzburg sita, quae nunc est Frankonis et Elizabeth conjugum, olim vero fuit Gerwini et Methildis conjugum, a quibus Sesselindis praedictam pensionem ante plurimos annos emtionis titulo comparavit, ut in literis super eo confectis, sigillo quondam Erwini militis dicti Cranich tunc domini temporalis villae praedictae sigillatis, plenius continetur, nostro monasterio tradidisset, eidem Sesselindi vicem rependere cupientes, tanquam manufideles sui, ordinationem suam testamentariam intendimus fideliter adimplere. — Testes: Wenzelo de Clen miles burgravius, Jungo de Lymporch, Heil. scultetus, Johannes de Gronenberg, Heil. de Loubenberg, Heil. Relo, Heil. dictus vonderzit, Joh. Rodechen et Joh. de Osthem filius Ditwini ac a. q. pl.

Dat. ipso die marci, a. d. M.CCC.XVI.

(Mit Siegel der Stadt Friedberg.)

Nr. 462.

1316 (25. April.) Nos burgravius, scultetus, scabini et consules in Frideberg notum facimus, quod Sesselindis begina, residens in nostra civitate, monasterio in Arnsburg xv. jugera agrorum terrae arabilis in terminis villae Gerborgehem sita, quos ab Hartmanno dicto Leideleben praemortuo quondam emtionis titulo comparaverat, donavit, ita sane, quod dicti religiosi ipsi Sesselindi quamdiu vixerit singulis annis ii. maldra siliginis ministrabunt. — Testes: Wenzelo de Clen miles burgravius, Heil. sculthetus, Jungo de Lymporch, Joh. Engel de Gronenberg, Heil. de Loubenberg, Heil. Role, Heil. dictus vonderzit, Joh. de Ostheim filius quondam Ditwini, Joh. dictus Rodechen et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XVI, ipso die Marci.

(Mit Siegel der Stadt Friedberg.)

Nr. 463.

1316 (15. Juli.) Noverint universi, quod ego Wigandus cantor ecclesiae s. Mariae ad gradus mogunt. testamentum meum feci in hunc modum: lego ecclesiae meae fructus praebendae meae anni gratiae, item fabricae ejusdem ecclesiae vestes meas novas blanii mixti coloris vario subfurratas, item lego ecclesiae frankeford. viii. marcas den., item ecclesiae in Rodenbach, cujus olim rector fui, xxxvi. libr. hall., item monasterio in Erbach x. libr. hall., item lego monasterio in Arnspurg x. libr. hall. et derectum meum ibidem semper retinendum, nec aliquo modo vendendum vel a monasterio alienandum, item fratribus praedicatorum minorum augustin. et carmelit. domorum in Moguntia ii. libr. hall., item monasterio s. Agnetis et novo monasterio albarum dominarum in foro gentili in Moguntia ii. libr. hall., item do ad monasterium in Arnspurg decimam villae Schymesheim, necnon redditus curiae meae in villa Thysenheim sitae, ad me et Jacobem scolarem ecclesiae s. Mariae praedictae pertinentes, item lego Schotoni et Katherinae, filiae fratris mei, conjugibus, xviii. marcas den., item Johanni scolari meo v. libr. hall., item famulo meo iii. libr. hall. et duas tunicas meas blanii coloris, item lego monasterio in Engeldal prope Hoesten Lvmbarditam hystoriam, quam tamen volo, ut frater Gerlacus de Arnspurg habeat pro usu suo ad tempora vitae suae, item lego monasterio in Padenhusen ii. libr. hall., item lego Vlrico sacerdoti vestes meas mixti glanci coloris, pallium meum blanium et unam tunicam meam plumbei coloris, item magistro Reynhardo cantori ecclesiae frankenvord. omnes libros meos legales et omnia vasa mea argentinea et annulos meos argenteos, item omnia alia utensilia, suppellectilia, lectisternia et res alias, quas post mortem meam relinquero. Constituo in executores hujus testamenti magistrum Reynhardam cantorem frankenvord. ecclesiae, magistrum

Rudolfum de Mynzenberg et fratrem Gerlacum de Arnspurg, magistrum curiae ejusdem monasterii, sitae in Moguntia.*)

Dat. a. d. M.CCC.XVI, idus julii.

(Siegel des Ausstellers und der Mainzer Richter fehlen.)

Nr. 464.

1316 (16. Juli.) Nos scabini civitatis wetflar. protestamur, quod Henricus et Conradus fratres dicti Steyn, eorumque uxores Kusa et Heydendrudis, nostri concives, renunciaverunt omni juri et actioni sibi competentibus in bonis sitis in villa Langengunsse, quae olim Gunterus dictus de Cleberg pistor, eciam noster concivis, erga eosdem comparasse justa emtione dinoscitur, et ea monasterio de Arnsburch donavit, et specialiter in i. jugere et dimidio terrae arabilis, sitis in terminis dictae villae, pro quibus Conradum

---

*) **1320** (20. Juni) stiftet der Dom-Sänger Reynhard von Frankfurt zwischen den Vollstreckern des ob. Testamentes und dem Kloster Arnsburg auf einer, und dem obg. Andreas Wäppner gen. Schotto, auf der andern Seite, einen Vergleich, über die Zehnten, Zinsen rc. in den Dörfern Schymmisheym und Tysinheym, welche in dem Gebiete des Grafen Symon von Spanheim und der Raugrafen gelegen, der obg. Testator Wigand dem Kloster vermacht hatte, wobei der eine Theil, Jungo und Heilmann, Schöffen zu Friedberg, der andere aber N. gen. Knibo von Ovirshoven und N. gen. Purruf von Echzile zu Schiedsrichter setzt. Der Spruch geschah in Friedberg in dem Hause genannt „zume Swerte" und fiel zu Gunsten des Klosters aus. — Zeugen: Jungo et Heilmannus praedicti, Eckhardus de Ocstad, Heinricus Angeli, scabini, Eyglo de Ocstad clericus friedberg. et a. q. pl. (Mit Siegel des Ausstellers und des Offizials zu Frankfurt.)

1324 (8. Juni) verzichtet der vorgen. Andreas gen. Schotto von Wauebach vor den Schöffen in Wetzlar für sich und seine minderjährigen Kinder auf alle Klagen, rücksichtlich dieser Güter gegen das Kloster. — Zeugen: Hermannus Selige, Rulo Reye, Ebirhardus Mauche, Gerbertus Vdonis, Conradus Lange, Hermannus Reye, scabini in Wetflaria. (Siegel der Stadt Wetzlar fehlt.)

dictum Kuiz ibidem justicialiter inpetebant. — **Testibus:** Hermanno dicto Selige, Heynemanno Gerberti, scabinis wetflar. et a. q. pl.

A. d. M.CCC.XVI, fer. vi. fest. b. Margarethae virg.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 465.

1316 (18. Aug.) Noverint universi, quod ego Heilemannus miles (de Bomersheim), burgravius in Starkenburg, ad partes alienas cum exercitu regio de mandato mei domini prosecuturus, propter dubios mortis eventus, meum sic ordino testamentum: Lego monasterio in Arnsburg iii. mansos de bonis meis in Holtzhusen, ita quod religiosi dicti persolvant de fructibus eorundem dampna seu rapinas per me vel meos factas quibuscunque personis, ubicunque notorie fuerint et legitime comprobatae, dampnis vero plenarie persolutis, mansi praedicti apud monasterium remanebunt, ut per fratres ejusdem in anniversariis mei et Irmingardis, meae collateralis, memoria cum missis defunctorum annis singulis peragatur. Item lego Irmingardi, uxori meae, omnia peccora seu animalia et omnia utensilia domus, sive in argento sive in aliis haec consistant, item lego eidem uxori meae cc. octalia siliginis et totidem avenae, de quibus tamen omnibus praenarratis omnia mea debita persolvet, item ordino, ut de reliquis bonis meis mobilibus una missa in Bomersheym qualibet ebdomada celebranda per manufideles meos procuretur, item lego ecclesiae aschaffenburg. xx. lib. hall., item ecclesiae frankenfurd. tantum, item conventui in Eberbach tantum, item conventui in Schonenauwe tantum, item conventui in Laurissa tantum, item conventui in Engeltal tantum, item conventui in Reters tantum, ut memoria in anniversariis mei et Irmingardis uxoris meae peragatur. Cetera vero omnia bona in usus liberorum meorum per manufideles meos, scilicet fratres meos Cunradum

scolasticum aschaffenb. et Wolframum militem, vicedominum ibidem, et Wolframum de Sassenhusen militem, convertantur. — Testes: Cunradus scolasticus aschaffenburg. frater meus praedictus et Gudela soror mea et Burchardus dictus Husere consanguineus meus et Her. de Staden armiger.

Dat. a. d. M.CCC.XVI, fer. iv. p. assumt. virg. glor.

(Vidimus de 1317 et 1326.)

Nr. 466.

1316 (26. Aug.) Nos Johannes abbas, totusque conventus monasterii in Arnspurg recognoscimus, quod nos vendidimus magistro Ber. de Witzingerode dicto Aries, decano ecclesiae s. Petri mogunt., annuos redditus c. maldrorum siliginis pro ccccc. libris hall., praeterea sicut idem magister Ber. ordinavit pro magistri Hugonis de Wenden dicti Aries, avunculi ipsius, et omnium progenitorum eorundem animarum remedio, promittimus eidem, quod ipso magistro Ber. defuncto ipsius anniversarium in monasterio nostro perpetuo sollempniter peragemus, item anniversarium magistri Hugonis praedicti ex nunc statim incipiemus peragere et perpetuo annis singulis peragemus.

Dat. a. d. M.CCC.XVI, vii. kal. septembris.

(Vidimus de 1341.)

Nr. 467.

1316 (29. Aug.) Nos Hildegundis abbatissa, totusque conventus sanctimonialum in fonte s. Mariae, cysterc. ordinis, licet non incorporatae, recognoscimus, quod nos propter urgentes necessitates grandium debitorum monasterii nostri, vendidimus monasterio in Arnsburg pro cciii. marcis cum xxx. denariis col. omnia bona nostra, quae se cum curia ad iv. mansos et vii. quartalia terrae arabilis et pratorum extendunt, in villis Rehinburnin et Beldersheim sita. — Testes: fratres Anshelmus cellerarius, Hartmudus grangiarius, Wygandus rector curiae in Frankinvort, Ma-

thyas procurator monasterii de fonte s. Mariae, Heinricus et Godfridus confessores ibidem, Heinricus bursarius, monachi, Gerlacus rector curiae in Moguntia et Cunradus sindicus, conversi in Arnsburg, Gerlacus de Clen miles et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XVI, in decoll. b. Johannis bapt.

(Mit den Siegeln der Aussteller in grünem Wachse.)

Nr. 468.

1316 (1. Sept.) Nos Philippus dominus senior in Mynzinberg recognoscimus, quod cum propter urgentes necessitates gravium debitorum, per quondam Theodericum, scultetum nostrum in Kunegesteyn contractorum, Methyldis, relicta ejusdem Theoderici, monasterio in Arnsburg curiam suam in majori Grindahe sitam vendiderit, pro debita warandia praedictis religiosis praedicta Methyldis fidejussores posuit, videlicet Cunradum dictum de Rychinbach fidelem nostrum, Cunradum de Eltefile, milites, Mengotum dictum Knibo de Huppirshoben, Johannem dictum Merze, Johannem de Kunegesteyn scultetum nostrum ibidem, castrenses nostros, et quia praedicta Methyldis liberos habet, qui non sunt dolicapaces, videlicet Theodericum, Gudam et Kunegundim in monasterio Retirs receptam, idcirco consimiliter praedictos fidejussores posuit.

Dat. a. d. M.CCC.XVI, kal. septembris.

(Mit dem größeren Siegel des Ausstellers.)

Nr. 469.

(**1316**). Ego Emercho de Veluiskelin significo omnibus, quod H. dictus Zukesuent, famulus meus, abrenunciavit ab omni actione super bonis in Gunse, quae domini quondam de Haines possidebant. — Testes: Giselbertus de Derenbach, Wernherus de Hattinrode, milites, frater C. de Bumburg.

(Mit Siegel des Ausstellers.)

Nr. 470.

1317 (2. Jan.) Noverint universi, quod ego Sophya, conthoralis junioris Alberti militis dicti de Rumerode, renuncio bonis universis, quae mater mea, necnon meus frater in Gysneit vendiderunt Craftoni militi dicto de Beldersheym.

Dat. a. d. M.CCC.XVII, in crast. circumcisionis dom.

(Mit Siegel Alberts vorg.)

Nr. 471.

1317 (22. Jan.) Praeposito ecclesiae s. Mariae ad gradus mogunt. vel ejus officiali Joh. et Ph. domini in Mincenberg reverentiae quantum possunt. Cum capella in Birkelar separata sit a matre parochialis ecclesiae in Muschinheim, per consensum P. archiepiscopi mogunt., ac pastoris matris praedictae, de ipsaque facta sit ecclesia parrochialis et ipsam Ernesto clerico exhibitarum praesentium, ad praeces militis Cunradi de Muschinheim, contulerimus ipsum vobis praesentantes, rogamus, ut eum investire de ea dignemini.

Dat. a. d. M.CCC.XVII, in die Vincentii mart.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 472.

1317 (14. Febr.) Ego Fridericus laycus de Wickinstad molendinarius, civis in Assinheim, recognosco, quod monasterio in Arnsburg tradidi, donatione inter vivos facta, nomine elemosinae, domum apud murum cum curia annexa, quae quondam fuit Guntrami portarii, a quo tandem emi, item domum sitam apud theatrum vulgariter dictum spilhus, quae fuit olim Heylmanni tectoris, item domum cum curia sitis ibidem, quae quondam fuit ... dicti Sunnenschin, infra muros opidi Assinheim sitas, cum omnibus pertinentiis, recepi jure colonario, pro i. libra cerae annui redditus, domos et curias praedictas ad tempora vitae meae solummodo pos-

sidendas. — Testes: Martius scultetus, Markelo de Kebele, Crafto de Beldirsheim junior, Fridericus de Stamheim, milites, Ruleko Heymburge, Wernherus Faber, Ebirhardus uffe deme durne, Wolframus dictus Engilmut, Wenzelo gurregax et Johannes pistor, scabini in Assinheim, item Wenzelo Kelnere filius Rulekin et Helyas civis in Minzenberg et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XVII, Valentini mart.

(Mit Siegel Philipps von Falkenstein des jüngeren.)

Nr. 473.

1317 (25. Febr.) Nos Gisilbertus, Cunradus, Beatrix, Jutta et Sophia, liberi quondam . . . . Peregrini heu occisi, recognoscimus, quod nos de consilio Wernheri dicti Mossewert, patrui nostri, et assensu Cunradi dicti Nozel, consanguinei nostri, et aliorum amicorum nostrorum, accedente quoque consensu Gertrudis, sororis nostrae, renunciamus promissioni et praebendae in aliquo monasterio cujuscunque ordinis approbati sanctimonialium, eidem Gertrudi per Philippum de Falkinsteyn seniorem et abbatem monasterii in Arnsburg et peregrinacioni romanae in emenda satisfactione super interfectione praedicti Peregrini, patris nostri, ordinata, promissis et procurandis, promittentes, quod nec contra praedictos dominos de Falkensteyn et abbatem, nec contra monasterium de Arnsburg per nos vel amicos nostros habebimus in perpetuum actionem, ratione praebendae et peregrinationis praedictarum, recepimus quoque a praedictis de Falkinstein et abbate xxiv. libr. hall. in praedictae renunciationis recompensam. — Testes: Crafto de Rudenh., Helfricus Milchelingus, milites castrenses, Gerl. et Eckardus, scabini.

Dat. a. d. M.CCC.XVII, in crast. b. Mathiae apost.

(Mit Siegel der Stadt Gießen.)

Nr. 474.

1317 (24. März.) Nos Vlricus dominus de Haynowe et Agnes conjuges recognoscimus, quod monasterio in Arns-

burg, ad cujus promotionem fundationis jure astringimur, donamus, quin pocius nos ex ordinatione ultimae voluntatis quondam Vlrici, patris nostri, obligatos esse confitemur, et assignamus census xl. marcarum den. col. nomine elemosinae, ita sane, quod de eisdem censibus viii. marcas ad dotem altaris, constructi in ambitu praedicti monasterii per praedictum patrem nostrum, i. marcam pro procuratione lampadis jugiter ardentis coram eodem altari et viii. marcas pro duobus servitiis decentibus possibilibus cum eadem pecunia comparari in praedicti patris et quondam Elyzabeth, matris nostrae, uno, et quondam Reynhardi, avi, et Alheydis, avae nostrorum, alio, contra quorum sepulchra praedictum altare situatum existit, anniversariis, nostro conventui porrigendas annis omnibus successivis. Et quia praedictus pater noster de assensu nostro pro emptione praedictarum marcarum censuum, cccc. marcas den. de bonis suis tollendas et a nobis solvendas, praedicto monasterio deputavit, nos ut tenemur, licet heu hactenus propter multas necessitates nostras in hoc desides fuerimus, volentes absque omni prorogatione ulteriori effectui debito praedictum testamentum mancipari, praedictis religiosis decimas nostras in Gruningen et Dorfgulle villis, bona nostra in superiori Morle, xxviii. maldra siliginis et vii. maldra tritici solventia annuatim, et redditus xxix. maldrorum tritici de mansis haereditariis in villa nostra Oistheym juxta Woneckin, et hubariorum laboribus, periculis et expensis in opidum Frankinfurd ducendorum, assignamus, ut eosdem redditus et census praedicti religiosi tamdiu percipiant, quousque secundum aestimationem bladi circa festum b. Walpurgis in foro myncinberg. annis singulis de praedictis cccc. marcis defalcando fuerint eaedem cccc. marcae integraliter persolutae, ita tamen, quod de eisdem redditibus assignatis anno intranti praefatis religiosis vi. marcae ratione bonorum in Buchin et xii. maldra siliginis neglectae pensionis de bonis

eisdem per nos redemptis, et xix. librae hallens. cum xi. solidis ratione picturae in praedicto altari per nos factae, ante omnia persolvantur. Et cum praedictum debitum et cccc. marcae de praefatis redditibus et bonis assignatis percepta ac in emptionem censuum xl. marcarum praedictarum conversae fuerint, ex tunc omnia bona nostra praedicta, praefatis religiosis obligata, ad nos libere revertentur, et redditus et census xl. marcarum comparati, secundum dispositionem praedictam patris nostri, ad dotem altaris et alia praedicta, quam liberaliter tunc volumus parieti affigi juxta sepulchra progenitorum nostrorum in perpetuum habebuntur, et quicquid ultra dispositionem praedictam de censibus comparatis superfuerit, hoc totum in communes utilitates praedicti monasterii ab eisdem religiosis libere convertetur.*) — Testes: Wernherus sacerdos et canonicus in Moxtat, Johannes de Rucgingin, Erwinus Leo, Johannes de Rockinberg, milites.

Dat. a. d. M.CCC.XVII, in vig. annunc. dominicae.

(Mit Siegel Ulrichs, das seiner Gemahlin fehlt. Der durch letzteres gehende Pergamentstreifen hat die gleichzeitige Aufschrift: istud fuit primum sigillum dominae Agnetis de Hainowe. sed . . . duum fuit, et utebatur postea alio.)

Nr. 475.

1317 (5. April.) Nos burgravius, scultetus, scabini, consules, caeterique cives opidi in Frideberg recognoscimus,

*) Der Urkunde hängt ein Pergamentstreifen an mit der Aufschrift: Na. quod accepimus ratione testamenti domini de Hanoywe de tribus annis lxxxviii. marc. quae conversae sunt in emptionem bonorum. — Item accepimus a. d. M.CCC.XXI. etc. — Testes: Lud. de Inheidin, Gebehardus scabini, Wiger et Dymarus pistores, Sewardus, Heinricus Albus et The. Wengez. — Item accepimus a. d. M.CCC.XXII. etc. Testes: Johannes de Beldirsheim senior, Johannes de Rockinberg, milites, magister Hartmudus monachus de Arnsburg, frater Heinricus bursarius, Th. Wengezzere, Dimarus, Heinzichin in lapidea via et Heilmannus Zecke, pistores.

quod dominus Angelus de Sassin, quondam civis noster, nunc vero sacerdos, residens in Arnsburg, monasterio ibidem de consensu omnium liberorum suorum, generorum, nuruum et nepotis suorum, donavit omnia bona sua in Steynfort sita, quae Harpelo Heymburgus colit, item ibidem bona, quae Dilo Gridelere colit, in anniversariis ejusdem Angeli et quondam Petrissae, uxoris suae; item bona sua in Rodeheym prope Nydehe sitam, quae quidam dictus Buckinheimere colit, in anniversariis quondam Heynrici et Kunegundis de Sassin, parentum suorum; item in Hattinrode omnia bona sua et jura pro dote altaris per eundem in monasterio Arnsburg praedicto constructi, et lampadis ibidem, cum omnibus pertinentiis. — Testes: Jungo de Limpurg, Heynricus et Angelus, filii praedicti Angeli, Johannes filius Ditwini, scabini, Johannes Angeli de Gruninberg, Hartmannus de Aschaffinburg, consules et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XVII, in crast. Ambrosii episc. et conf.

(Mit Siegel der Stadt Friedberg und des vorg. Angelus.)

Nr. 476.

1317 (17. April.) Ich Conrat von Ranfoldeshusen vnd Lvcart min wirten dun kunt, daz wir dem convente von Arnsburg zu kaufe han gegeben ii. malder kornes of xii. morgen landes in deme selben Dorfe zu Ranfoldeshusin gelegen, die han wir in of gegeben an deme gerichte zu Langendippach. — Zeugen: Rudolf der Caplan zu Ruckingen, Johan der da heizet Geude, Ruker, Hellman Schelle u. a. m.

G. n. Chr. g. m.ccc.xvii, a. d. sund. misericordia dom.

(Mit Siegel des Ritters Wolfram v. Prumheim, Amtmanns zu Roneburg.)

Nr. 477.

1317 (2. Mai.) Officialis praepositi ecclesiae frankenford. recognoscimus, quod nos rogati a. d. M.CCC.XVII, in crast. s. Philippi et Jacobi apost., in villam Acruftele porreximus cum partibus infrascriptis et in eadem villa in loco debito

judicii, videlicet in strata publica, civili consueto judicio instaurato, sculteto dictae villae judicio praesidente, ad interrogationem propositam per eundem scultetum, scabini jurati ejusdem judicii, et haec tota universitate praedictae villae approbante, per suum juramentum sententiarunt, quod jurisdictio et dominium villae in Acruftele essent vere propria solius Cunonis armigeri, filii quondam Erwini militis de Brvningesheym, et merae proprietatis titulo ab ipso et ab omnibus progenitoribus suis a tempore, cujus non extat memoria, hactenus pacifice possessa. Qua sententia prolata in eadem figura judicii coram praedictis sculteto, scabinis, hubariis et tota universitate praedictae villae praedictus Cuno armiger surrexit, stetit et fratribus Hartmudo grangiario, Eckardo cellerario et Heinrico bursario, monachis monasterii in Arnesburg, syndicis, nomine ejusdem solempniter stipulando, praedictos villam, jurisdictionem, dominium, jura, census, redditus et proventus suos universos atque bona in Acruftele cum omnibus pertinentiis suis, quodam censu, quem ad sepulturam pauperum emit, fertone, quem monasterio in Trono dedit et xviii. colon. de quadam domo cedentibus ac piscaria vulgariter dicta in der lachin exceptis, tradidit, praedictique fratres statim nomine sui monasterii ingredientes possessionem, juramenta fidelitatis a scabinis praedictis et praecone praedictae villae in eodem judicio receperunt et novum ibidem scultetum statuerunt et residuo judicii tanquam veri domini praesiderunt, consuetumque donum vulgariter dictum vinicopium in testimonium praedictorum scabinis et hubariis omnibus videntibus propinarunt.*)

---

*) 1322 (29. Nov.) stellt Abt Gerlach zu Arnsburg, Wernher Pfarrer in Muschenheim und Dammo Ritter von Burkhardsfelden, wohnhaft in Muschenheim, ein gleiches Zeugniß aus, mit Bezug auf einen Streit zwischen dem vormaligen Abte von Arnsburg Johann von Amöneburg und der Gemeinde Acruftel, rücksichtlich des Angriffs Wynthers Ritters von Rödelheim (Brungeshain), wegen der Juris-

Testes: frater Heinricus sacerdos et monachus de Schonowia, rector curiae ejusdem monasterii in Frankenford, vicarius parochiae ibidem, Thylmannus Frizh de Dorvelden miles, Boemundus scultetus ibidem et de novo institutus, Mengotus et Thylo de Eddernsheym, Jacobus dictus Beheym, Herbordus Kestelere, Herbordus dictus Finko, Arnoldus et Rudolfus de Heydersheym, scabini ibidem et a. q. pl.

(Mit Siegel des Ausstellers in grünem Wachse.)

Nr. 478.

1317 (15. Mai.) Noverint, quod nos Hermannus et Alheydis, liberi quondam Hermanni calcificis dicti vor de gazzen, recognoscimus nos vendidisse domum nostram (in Marburg) cum fundo et area, sitam ex opposito domus aut scolis judaeorum, contiguam domui Conradi de Bidenkap, Arnoldo de Gambach, Mecclen ejus uxori et eorum haeredibus, pro xi. marcis denariorum. — Testes: Echardus, Kolis, Hartungus, Beuningus, Ernestus, scabini in Marpurg et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XVII, idus maii.

(Mit Siegel der Stadt Marburg.)

Nr. 479.

1317 (4. Juli.) Nos soror Agnes abbatissa et conventus sanctimonialium in Throno recognoscimus, quod nos monasterio de Arnsburg pro ccx. marcis den. col. vendidimus omnia bona nostra ac jura, circiter ad novem mansos aestimata, in villa Acruftele sita.

Dat. a. d. M.CCC.XVII, in translat. b. Mart. episc. et conf.

(Mit Siegel der Aussteller in grünem Wachse.)

---

diction das., wobei sich Abt Johan zur Leistung eines körperlichen Eides über seine Rechte das. gegen die gen. Gemeinde erbietet. (Mit Siegel der Aussteller.)

Aufschrift: huic juramento renunciavit communitas de Akruftele in praesentia Kunonis et Jacobi dicti Klobilouch, Volradi de Esshiburnin, fratris H. de Shonowia et plurim. alior. in stupa ejusdem Heinrici. In crast. Andreae apost. (1. Dec.)

Nr. 480.

1317 (10. Nov.) Ego Cunradus dictus Jasberger de Waltrathusen et Agnes mea conthoralis profitemur, quod vendidimus Gerardo dicto Shudze, Alcydi suae uxori, eorumque haeredibus, opidanis in Nydhe, vi. maldra siliginis annuorum reddituum, super curiam nostram in Waldrathusen, et super universa bona ibidem ad eandem curiam pertinentia. — Testes: Cunr. Anzugel, Petrus Nybylunk, Gerwardus, Gerlacus Kulstezer, scabini in Nydhe, Cunr. dictus Grawe, Wasmudus piscator, Gerardus Faber et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XVII, iv. idus novembris.

(Mit Siegel der Stadt Nidda.)

Nr. 481.

1317 (19. Nov.) Nos soror Cunegundis abbatissa et conventus sanctimonialium in Patenshusen profitemur, quod nos ii. den. col., quae nostrae ecclesiae annuatim solvebat Heinricus dictus Schurweder et soror ipsius, cives wetflarienses ex quibusdam bonis ipsis haereditarie attinentibus, dedimus monasterio de Arnsburg, in cujus census recompensationem idem nobis tradidit alios ii. den. col. annui census.

Dat. a. d. M.CCC.XVII, in die b. Elizabeht matronae glor.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 482.

1318 (1. Jan.) Ego Heinricus dictus Kantappe et Rylindis uxor mea, cives in Geylnhusen, profitemur, quod vendidimus monasterio in Arnsburg super domum nostram, quam inhabitamus, redditum ii. marcarum den., ipsis vineam nostram in monte versus villa Heczis ducente sitam, quae vulgariter der fridat nuncupatur, pro subpignore dantes. — Testes: Wernherus Goltsaccus, Syfridus de Breydinbach, Wernherus et Eberhardus fratres, nati dominae Gudae quon-

dam de Selbolt, Hartmannus de Breydinbach, Johannes dictus Goltsac et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XVIII, kal. januarii.

(Mit Siegel der Stadt Gelnhausen.)

Nr. 483.

1318 (12. März.) Nos scultetus, castrenses, et scabini opidi in Lyeche recognoscimus, quod Paza, relicta quondam Mengoti dicti Bonemesere, Cunradus et Johannes filii sui, Kunegundis et Alheidis filiae suae, et Heinricus Vrhane, gener ejus, maritus Kunegundis praedictae, curiam cum omnibus aedificiis suis ipsorum in opido nostro praedicto Lyeche, infra medium curiae quondam Rudolphi molendinarii et curiae domini Eckelonis sacerdotis, vicarii ecclesiae Lychensis, sitam, monasterio in Arnsburg vendiderunt pro xxxiv. marcis den. et pro i. maldro siliginis annui redditus, in quo eidem, ratione bonorum in Alpach inferiori sitorum, ad praesens pro xxx. sol. denar., sibi et haeredibus suis jure emphiteotico per praefatos religiosos concessorum, supradicta Paza et haeredes sui annuatim fuerant obligati, partim commutarunt titulo merae proprietatis, a praedictis religiosis in perpetuum possidendam. *) — Testes: Helwicus scultetus, Dammo et dictus Meisinbuch, milites castrenses, Cunradus carnifex, Albertus faber, scabini, Cunradus lapicida et Jacobus cives in Lyeche et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XVIII, Gregorii papae.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 484.

1318 (14. Mai.) Nos frater Bertoldus commendator hospitalis fratrum theuton. domus in Marpurg, Volpertus

---

*) Aufschrift: fidejussores pro warandia nobis facienda et pro Joh. filio ejus, qui nondum ad annos discretionis pervenit, sunt: Dammo miles de Burgh., Heinricus Vrhane gener ejus, et Cunradus filius ejusdem Pazae.

dictus Hosekin miles, scultetus in Frankinberg, caeterique castrenses et scabini in Marpurg recognoscimus, quod a. d. M.CCC.XVIII, in domin. q. cant. jubilate, Heinricus subdiaconus clericus in Attinderna vendidit monasterio in Arnspurg, pro xvi. marcis denar. col. jus percipiendi ad tempora vitae suae redditus annuos xvi. solidorum cum dimidio denar. col. de domo Friderici dicti zume Sluzele, ex opposito Hameiz in horto ceresorum, quod dicitur ofme steinwege, et de apotheca Jacobi dicti zume Gasinbechere, prope capellam b. Godehardi in civitate Moguntina provenientes. — Praesentibus: fratribus Volperto plebano in Marpurg, Rudolfo dicto Rauhestin, Reimboldo de Attinderna, Wilhelmo de Colonia et Ruperto plebano in Kirchagein, sacerdotibus, necnon Widekindo de Widigenstein, Hartmudo dicto Scuzsper, Craftone dicto Rode, Ottone dicto Calfh et Henrico dicto Zolnere, militibus, atque Ludewico dicto ex curia, magistro civium, et Arnoldo dicto de Gambach, scabinis in Marpurg et a. q. pl.

(Mit Siegel der Aussteller, der Stadt Marburg und Ritters Volpert von Hohenvels.)

Nr. 485.

1318 (15. Juni.) Nos scultetus, scabini, caeterique cives in Minzenberg recognoscimus, quod abbas et conventus monasterii in Arnsburg bona sua in villa quondam Bergheim sita, videlicet in campo versus Laumburnin i. juger juxta patibilum, item iv. jugera an der kelin, item ii. jugera in superiori sulco in agro apud Petrum juxta viam Mynzinberg; in campo gen der lachen ii. jugera i. virga vbir birinkeimer wec, quando itur de Gulle, item v. virgae gent offe daz fohinriz; in campo vnder deme hasinberge, ii. jugera vnder deme berge juxta monachos, item ii. jugera by deme lohe, item dimidium juger eodem situ, item iii. jugera pratorum in Bergheim, locaverunt jure haereditario

Hyllae, relictae quondam Godfridi de Gruningen, filii Wygandi quondam ibidem, et haeredibus suis. — Testes: Wernherus Cleinekouf, Wykerus de Hergerin et Anshelmus junior, scabini in Mynzinberg et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XVIII, Viti martiris.

(Das Siegel der Aussteller fehlt.)

Nr. 486.

1318 (29. Juni.) Innotescat, quod ego Eynolfus sacerdos, vicarius et campanarius ecclesiae wetflar., i. juger terrae arabilis, extra pontem dillenbrucken a sinistris viae, qua itur versus Dalheym, situm, agro Hermanni Monetarii junioris contiguum et officio campanariae ecclesiae supradictae attinens, Lodewico de Stochusen, oppidano wetflar., locavi pro vi. metretis siliginis.

Dat. a. d. M.CCC.XVIII, iii. kal. julii.

(Mit Siegel der gen. Kirche.)

Nr. 487.

1318 (13. Nov.) Nos praepositus et conventus monasterii in Schiffinburg cupimus fore notum, quod propter gravissima debitorum onera Conrado et Henrico consanguineis, militibus de Elkerhusin, nostram curiam dictam Swalheym prope villam Berstat pro pignore nomine debitorum, quibus dictis militibus astringimur, salvo tamen jure et praebenda plebano ejusdem curiae, obligavimus. — Testes: Senandus de Busecke miles, Franko de Lyndene armiger, Gerlacus et Erwinus fratres, scabini in Gyzzin et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XVIII, fer. ii. prox. p. fest. b. Martini episc.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 488.

1318 (5. Dec.) Nos Wigandus de Alpach, Johannes de Klen, castrenses in Frideberg, Crafto dictus Scabe,

castrensis in Staufinberg, milites, et Jungo de Limpurg, scabinus in Frideberg, profitemur, quod Dylo de Alpach armiger, nomine suo et Hellinburgis uxoris suae nomine, recognovit, quam et nos ex testibus et instrumentis vidimus et audivimus, quod nihil omnino juris sibi et uxori suae praedictae vel cohaeredibus ejusdem uxoris suae competeret in bonis in villa Anninrode sitis, per piae memoriae Heinricum militem dictum Schabe nomine testamenti monasterio in Arnsburg legatis, hactenus quoque possessis ab eisdem. — Testes: Heynemannus de Dorheym sculletus, Heinricus de tempore scabinus in Frideberg, Cunradus de Alpach cum cicatrice, Wiglo de Alpach, Heinricus de Alpach, armigeri et q. pl. f.

Dat. a. d. M.CCC.XVIII, in vig. b. Nycolai episc. et conf.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 489.

(**1318**). Dit ist daz selgerede vrowen Hedewige von Morle, daz se gesezt hat: (die Vermächtnisse, die in Geld bestehen, geschahen an nachbenannte Personen:) Zu dem Erstin zu Eluinstat dem Probiste — dem perrer — dem priole — hern Rudulfe — den andern pristeren — den vrowen zu Eluinstat — Lugarte mins bruder dochter zu ereme Libe — an den bu zu Menze zu s. Mertyne — zu vnsir vrowen an den bu — zu Aldinmunstere — den Bredieren — den barfuzzen — zu s. Stheffane — zu s. Angnese — zu s. Claren — zu Dalen — zu den Wiszinfrowen — zu Frankinfurt den Predieren — bruder Wigande von Ruveren — den Barfuzen — bruder Sinerede — den Wiszinbruderen — den Wiszenfrowen — hern Berdulde dem Dechane — Elicheme gesellen de pristere sint zu der parre — zu vnsir vrowen — ener Nunnen bi den barfuzzen de der perrer bekennet — zu frideberg den Barfuzzen — Bruder Petere — den Auwestineren — dem Priole — i. verdung penninge den ich kaufte zu der vrowen messe in der burg, den min bruder sal begabin — an de

Parre zu vnsir vrowen — zu der brugken vber de Vse — zu dem Spitale den Sichen — zu den Gudin Ludin — zu der parre dem perrer — elicheme pristere vf der parre den gesellin — zu Wetflar den Barfuzzen — an den bu zu dem Stifte — zu Grunenberg den Barfuzzen — zu der parre — zu Marburg den Bredieren — den Barfuzzen — bruder Ruprachte eme Barfuz — den Sichen in den Spital — dem von Helfinberg mime neuen — dem von Virminne — den Herren zu dem Duſzen hus — zu Gelinhuſin den Barfuzzen bruder Erneſte dem Barfuzzen — den vrowen zu Hainouwe — dem Kloſter zu Aldinburg — miner ſuſter dochter (daſ.) zu Ereme Libe — zu Dorlar — den Jungfrowen von Cleberg hern Craftis ſuſteren des niftelin von Morle — zu Schiffinburg — mins bruder dochter (daſ.) — zu Hacheburnen — zu Kalderen — zu Werberg — zu Kaſſele zu maneberge dem konuent, allda daz kummenduris ſuſter — zu Blankinauwe — alda Hildegarte vnd Hedewige — zu Fulde in de burg — in den konuent zu Densffte. Zu Conradisdorf — Agneſe von Bomerſhem miner Niftelin (daſ.) — zu ſ. Marienburnen — zu Engildal — Hedewige alda mines federin dochter — zu Padinſhuſin — Elhede von Beldirſhem — zu dem Retirſ — zu dem Trone — vir Gerdrude von Minzinberg — Yſingarte — Agneſe mins bruder dochter — hern Wigande der mins fader wartete — zu Arniſburg — vf mime Jargezide vnd vf mins huſwirtis hern Cunradis von Morle. Zu Erbach dem Appete — dem kappitele zu Frideberg — zu Roſtdorf — zu Eſſeburnen — Arnulde kirchgezzere — zu Sthenfurt — dem perrere von Gredele — dem perrere von Morle — berdulde dem Schullere — Gerharte dem perrer von Burinheim — dem perrer von Echzile — dem perrere zu Byinhem — hern Henriche zu Waldradehuſin — hern Johanne von Olfe — hern Cunrade dem gesellen zu Durnhem — hern Cunrade de gesellin in der burgen buch — zu

Rodehem an dem bu — hern Sinerede dem perrer daz Grafeltpert daz groste.

(Das Siegel fehlt.)

Nr. 490.

1319 (21. Jan.) Nos scultetus, castrenses, scabini, universique cives opidi in Mynzinberg cupimus fore notum, quod cum abbas et conventus monasterii in Arnsburg nobis pro ampliatione cimiterii nostri versus thuguria seu scarras calcificum a parte aquilonari ecclesiae nostrae, domum, quam destruximus et aream, donarint, nos viceversa in recompensam domus seu areae praedictarum eisdem concedimus et de consensu dominorum nostrorum de Mynzinberg, qui jure fundationis ad praedicti monasterii negocia promovenda arcius sunt astricti, permittimus, quod praedicti religiosi vicum, viam seu transitum ad ascensum muri ambientis praefatum opidum nostrum, per curiam ipsorum, quam quondam magister Wykerus faber falkastrorum habuit, nunc vero per dictos religiosos emptam et antiquae curiae ipsorum juxta introitum portae versus Dreise contiguam et unitam protendentes, possint ex utraque parte vectibus, portis et parietibus firmare, claudere et serare, ita sane, quod si incendii seu hostilis obsidionis insultus pateremur, tunc nobis aperiendo portas suas praefati religiosi tenebuntur, ad ascendendum et descendendum murum praedictum, aditum reserare. Jnsuper si praedictae curiae contiguae ipsorum cum quadam area annexa in unam redactae fuerint, tunc ipsa curia et persona ipsam inhabitans, cum rebus monasterii ibidem depositis eadem libertate gaudeant, qua in civitatibus regalibus in Frankenvord et in aliis curiae, personae et res ipsorum de gratia potiuntur, hoc excepto, quod ipsa curia iv. sol. pro custodia vigilium civitatis nostrae Mynzinberg et xxx. den., ratione antiquae curiae ipsorum apud portam, solvet de fundo dominorum, ipsis dominis nostris de Minzinberg, item xv. den. ratione

curiae, quam magister Wyckerus habuit, et de area, quae fuit der Kippelisin, consimiliter de fundo dominis nostris de Mynzinberg, solvet curia ipsorum praedicta, ut a retroactis temporibus est consuetum. — Testes: Johannes de Beldersheim senior et Wernherus de Colnhusin, milites castrenses, Anshelmus senior, Wyckerus frater ejus, et Anshelmus junior filius ejus, Lodewicus de Jnheidin, Wernherus Kleinekouf, Cunradus de Hergerin, Gebehardus, Wigandus de Butsbach, Happelo de Steinheim, Heilmannus filius Bertoldi et Johannes Gelin, scabini in Mynzinberg et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XIX, Agnetis virginis.

(Mit Siegel der Stadt Minzenberg.)

Nr. 491.

1319 (Febr.) Notum sit omnibus, quod ego Heynricus, filius Myae de Gruninberg relictae, existens famulus domini Angeli sacerdotis, commorantis in Arnsburg, tradidi Bertoldo, fratri meo, iii. jugera terrae arabilis, quae propria pecunia comparavi in terminis villae Wanebach, quorum ii. jugera sita sunt versus Melpechere pade et i. juger an den Raderen, quae in praesenti colit Gotfridus scabinus de Wanebach, et ipse Bertoldus praedictus, frater meus, commisit matri suae, Myae praedictae, illa iii. jugera, ut sibi inde provideat in suis necessitatibus, et ad firmitatem hujus facti Bertoldus et Mya dederunt scabinis de Wanebach vinicopium in testimonium praemissorum. — Testes: Guntramus de Wanebach, Ortwinus dictus scolaris, Ortwinus de Durinheym et Gotfridus, qui colit illa iii. jugera, scabini.

Dat. a. d. M.CCC.XIX, circa purificationem virg. glor.

(Das Siegel der Stadt Minzenberg fehlt.)

Nr. 492.

1319 (26. März.) Nos Wintherus, Heinricus et Gerlacus fratres, filii Heinrici dicti Ruzonis, accedente consensu uxoris meae videlicet Wintheri, recognoscimus, quod monas-

terio in Arnsburg una cum patre nostro praedicto dum adhuc viveret, vendidimus pro xvi. marcis den. xv. jugera pratorum in terminis villae Wickinstad sitorum, quae olim ipsorum religiosorum fuerunt, et in concambio quodam nobis ab eisdem data fuerunt, recepimus quoque eadem prata a praefatis religiosis titulo conductionis colonarie pro nobis et nostris haeredibus pro xi. solidis col. den. census annui, ita quod eundem censum praesentemus in curiam praepositi et conventus novi montis prope Fuldam in Flanstad.

Dat. a. d. M.CCC.XIX, in crast. annuntiationis domini.

(Mit Siegel des Klosters Ilbenstadt und des Plebans in Sternbach.)

Nr. 493.

1319 (März.) Omnibus innotescat, quod ego Hermannus institor, civis wetflar., communicata manu Hadewigis, uxoris meae, vendidi monasterio de Arnesburg bona nostra in Dudinhobin sita, videlicet curiam, pomerium et piscinam et agros sitos in der auwe in loco dicto an deme Ossinfleckin — in der kumarke — schussin den zueyn grundin — an deme Streckefoisse — an fern Jutten grabin — an deme nideren holzhuser wege — quae sadele proprie dicitur. — Testes: Hermannus Selige et Gerlacus Madersele, scabini in Wetflaria et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XIX, mense marcio.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 494.

1319 (23. April.) Nos Gerhardus comes de Solmse recognoscimus, quod omni actioni, quam adversus monasterium de Arnsburg habuimus, ratione cujusdam facti temerarii, ut nobis videbatur, per eorum confratres et complices eorundem in jurisdictione nostra perpetrati, ac universis causis, si quas contra eos habere possemus, pro nobis et germano nostro Marquardo, canonico babinbergensi, necnon pro .... consanguineis nostris, filiis quondam Reinboldi fratris nostri, quorum ad praesens ex causa justa dominio praesumus in

jurisdictione praedicta, renunciavimus.*) — Testes: frater Cunradus dictus Saccus monachus in Arnsburg, Bernhardus miles de Gunse et Heidinricus de Elkirhusin, armigeri.

Dat. a. d. M.CCC.XIX, Georgii mart.

(Mit Siegel des Ausstellers.)

Nr. 495.

1319 (2. Juni.) Das Kloster schließt eine Fraternität mit der Abtey Fulda.

Dat. a. d. M.CCC.XIX, sabb. prox. infr. octav. penthecost.

(Mit Siegel Abts und Convents zu Fulda an grün u rother Schnur.)

Nr. 496.

1319 (24. Juni.) Dythmarus episcopus gabulensis concedit monasterio in Arnsburg indulgentias xl. dierum.

Dat. a. d. M.CCC.XIX, in die b. Johannis babtistae.

(Das Siegel fehlt.)

Nr. 497.

1319 (25. Juli.) Nos Johannes de Beldersheim, residens in Rockinberg, miles, et Alheidis conjuges recognoscimus, quod monasterio in Arnsburg vendidimus pro lxxxiv. marcis den. col. curiam nostram seu bona iu villa majori Lindin sita, titulo merae proprietatis possidenda.**)

Dat. a. d. M.CCC.XIX, in die b. Jacobi apost.

(Mit Siegel der Stadt Minzenberg, des Ausstellers und seines Verwandten des Ritters Gottfried gen. von Weilburg.)

---

*) 1319 (23. Apr.) Gleicher Verzicht des Grafen Heinrich von Solms gen. von Westerburg und seiner Mutter Lisa von der Lippe, der Wittwe N. gen. Rost. — Zeugen: frater Conradus dictus Saccus de Gridele monachus in Arnsburg, Bernhardus miles de Gunse, Ysfridus, Lodewicus advocatus de Bruninfels et Conradus notarius dictus Lybenauwe praedictae dominae. (Mit Siegel der vorg. Lisa, da Graf Heinrich ein solches nicht hat.)

**) Aufschrift: fidejussores warandiae debitae: Johannes de Rockinberg, Godfridus et Helfricus fratres de Wylburg, milites.

Nr. 498.

1319 (1. Aug.) Ego Angelus de Sassin, canonicus in Schiffinberg, filius Wolperti de Sassin, quondam civis in Gruninberg, recognoscimus, quod monasterio de Arnsburg vendidi bona mea quondam in villa, quae Westwich dicebatur, sita juxta Liche, quae jure haereditario post obitum meorum parentum per sortem ad me sunt devoluta. — Testes: Heyno de Cornice, Fridebertus de Sassin, Dytmarus de Ameneburg, scabini, Rudolfus de Manzelar, Henricus Swinde et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XIX, ad vincula b. Petri apost.

(Mit Siegel des Ausstellers u. der Stadt Grünberg.)

Nr. 499.

1319 (1. Aug.) Das Kloster schließt eine Fraternität mit dem Benedictiner Kloster Schlüchtern, Würzburger Diöcese.

Dat. a. d. M.CCC.XIX, in fest. ad vinc. s. Petri apost.

(Mit Siegel Abts u. Convents des Kl. Schlüchtern.)

Nr. 500.

1319 (11. Aug.) Nos Heydenricus decanus ecclesiae wetflar., judex causarum monasterii de Arnsburch a sede apostolica delegatus, Fridericus scolasticus, judex ab eodem subdelegatus, et Richolfus, cantor ejusdem ecclesiae wetflar., assessor ab eisdem judicibus vocatus, recognoscimus, quod Elizabeth de Gunssa, nata quondam Emmerchonis villani ibidem, residens in opido Wetflaria, in figura judicii constituta, recognovit se ante plures annos monasterio de Arnsburg donatione inter vivos bona sua in villa Eberstat sita, quae in praesenti Sifridus dictus Strohechin villanus ibidem jure colonario colit, et maldrum tritici et i. maldrum siliginis dedisse, in remedium animae suae et omnium progenitorum suorum, assignans praedicta bona in manus fratrum Hartmudi grangiarii et Epperti bursarii procuratorum praedicti monasterii.

Dat. a. d. M.CCC.XIX, in crast. b. Laurencii mart.

(Die Siegel der Aussteller fehlen.)

(Notariatsinstrument.)

Nr. 501.

1319 (14. Okt.) Nos Erwinus Leo de Steinfort, Godfridus et Heinricus fratres de Calsmunt, milites, recognoscimus, quod monasterio in Arnsburg deputamus decimam nostram in villa majori Lindin et terminis ejus cedentem, nobis per Cunonem militem dictum Halbir, affinem nostrum, resignatam, ut eam de consilio officialis nostri, qui pro tempore fuerit, locent, et primitus de eadem decima et de advocatia nostra in Aldindorf assumtis iii. maldris tritici, quae eciam eis deputamus, xxxvi. maldra siliginis et iv. maldra tritici tollant ad tempora vitae Cunonis praedicti, quamdiu vixerit. Insuper i. marcam denar. cedentem de advocatia in Werdolphishusin eisdem religiosis deputamus, item ii. plaustra feni de prato nostro, scilicet Godfridi et Heinrici praedictorum, dicto in der Wenkebach juxta inferius Steinberg eisdem assignamus ad tempora vitae Cunonis percipienda, item x. anseres et totidem pullos, quos Bertramus de inferiori Steinberg de i. prato solvit annuatim, item de hominibus pertinentibus ad advocatiam in Aldindorf praedicti religiosi annuatim recipient, quamdiu Cuno vixerit, post obitum vero suum praedicta omnia ad nos libere revolventur. — Testes: Hermannus heimburgus, Gerh. offe deme frithobe scabinus in Lindin et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XIX, dominica ante Galli.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 502.

1319 (19. Okt.) Nos Syfridus dictus Stroichin et Guda, conjuges de Eberstat, recognoscimus, quod agros subscriptos, videlicet in campo versus Arnsburg i. juger situm apud agrum s. Nycolai, in campo of der steyngrubyn i. juger situm juxta agrum dominorum de Arnsburg, in campo versus Dreyse i. juger juxta agrum Gysilberti nigri situm, cum monasterio de Arnsburg pro agris et bonis sub cultura aratri

nostri in Eberstat sitis, per Elyzabet de Gunse, natam quondam Emmerchonis ibidem ipsis donatis, commutavimus, recepimus quoque pro nobis et nostris haeredibus ab eisdem religiosis praefatos agros titulo colonario pro i. maldro tritici, quamdiu praedicta Elyzabet vixerit, post obitum vero suum ipsis annuatim perpetuo persolvendo. — Testes: Baldemarus, Guntramus, villani in Eberstat, Conradus Kazzinbiz et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XIX, in crast. b. Lucae evang., in villa Eberstat ante portam curiae dominorum de Arnsburg.

(Mit Siegel der Stadt Minzenberg.)

Nr. 503.

1319 (22. Okt.) Nos Irmingardis, relicta quondam Craftonis militis dicti Halber de Wuneckin, Hermannus, Gerlacus et Gernandus, filii mei, recognoscimus, quod monasterio de Arnsburg assignavimus bona nostra mere propria in villa superiori Morle sita, quae in praesenti Gerlibus dictus bi der lyndin, colonus noster, jure colonario colit, ut iidem religiosi de eisdem bonis ante omnem pensionem nobis de eisdem bonis debitam xvi. octalia siliginis, in curiam suam Frideberg deducenda, quamdiu Cuno miles Halber de Gyzin, patruus praedictorum puerorum meorum, vixerit, qui apud praefatos religiosos sibi elegit mansionem, percipiant, item hortum, agrum, quem in praesenti a nobis Wenzelo molendinarius possidet, et curiam in eadem villa sitam, quam a nobis habet Rudolfus dictus Lange, eisdem religiosis tradimus et assignamus. *)

Dat. et act. in villa Ebirstat, a. d. M.CCC.XIX, fer. ii. prox. p. fest. xi. millium virginum beat.

(Mit Siegel der Burgmänner in Friedberg.)

---

*) Der Urkunde hängt ein Pergamentstreifen an folg. Inhalts:
Item nos Hermannus et Gerlacus fratres suprascripti recognoscimus, quod religiosis de Arnsburg amam vini franconici cum

Nr. 504.

1319 (11. Nov.) Ego Hermannus Halber armiger de Hergerin, natus quondam militis dicti Halber, nomine meo et omnium fratrum meorum, recognosco, quod monasterio de Arnsburg viii. maldra siliginis annuae pensionis et dimidiam marcam den. dictam vulgariter forhure, tradidi, ut annis singulis, quamdiu patruus meus Cuno miles de Gyzin, qui apud praefatos religiosos intendit commorari, vixerit, de parte decimae villae Wanebach me contingente feodaliter a domino meo . . . de Hanoywe, cujus literas super consensu suo infra quindenam praedictis religiosis debeo procurare, tollant. Insuper vi. anseres et totidem pullos de parte advocatiae per praedictum patruum meum mihi resignatae, item amam vini franconici cum dimidia de vineis in Craftissolmese sitis, nobis per praefatum patruum nostrum etiam resignatis, trado et assigno. — Testes: Cunradus miles dictus fon deme Rode, miles castrensis, Ludowicus de Inheydin, Anshelmus junior, scabini, The. Wengezzere opidanus in Minzenberg et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XIX, in die b. Martini episc.

(Mit Siegel der Stadt Minzenberg.)

Nr. 505.

1319 (28. Nov.) Judices s. mogunt. sedis recognoscimus, quod Johannes pincerna, vicarius ecclesiae mogunt., recognovit se donasse monasterio in Arnsburg partem curiae suae in villa Vickere pro remedio animae suae et parentum suorum.

Dat. a. d. M.CCC.XIX, iv. kal. Decembris.

(Mit Siegel der Aussteller.)

---

dimidia de vineis, per praedictum Cunonem, patruum nostrum, traditis nobis, in Craftsolmese sitis, item vi. anseres et totidem pullos de advocatia in Richolviskirchin pro parte nostra nobis cedentes, per eundem patruum nostrum nobis resignata, tradimus et assignamus.

Datum ut supra, quia per subreptionem ista fuerunt obmissa.

Nr. 506.

1319 (26. Dec.) Nos Rudolphus dictus Ryseman et Methyldis conjuges, cives in Mynzinberg, recognoscimus, quod monasterio in Arnsburg vendidimus pro iv. marcis den. cum dimidia domum nostram, quam inhabitamus, contiguam domui quondam Wygandi carnificis, infra muros opidi Mynzinberg sitam, cum omnibus juribus et appendiciis, recepimus quoque praedictam domum a praefatis religiosis titulo emphyteotico, et jura dominis nostris de Mynzinberg debita debemus expedire. *) — Testes: Lodewicus de Ynheidin, Anshelmus junior, scabini, Heinricus Rufus carnifex, et . . . dictus Rufus, sororius meus, cives in Mynzinberg et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XIX, in natali s. Stephani.

(Mit Siegel der Stadt Minzenberg.)

Nr. 507.

1320 (1. Jan.) Nos Johannes dictus Groppe de Beldersheim miles et Paulina conjuges, residentes in Mynzinberg, profitemur, quod vendidimus monasterio in Arnsburg pro xlviii. marcis denar. mansum unum de bonis nostris et agris in terminis villae Lindin majoris sitis, sumendum et infra instans tempus mediae quadragesimae, qua cantatur laetare, dividendum et eis assignandum, titulo mere proprietatis ab eisdem religiosis in perpetuum possidendum, et non obstante indivisione bonorum nostrorum praedictorum praesenti a manso praedicto ex nunc praefatis religiosis jus proprietatis ad mansum plenum donamus. **) — Testes: Wernherus de Colnhusen, Gerlacus de Dreise, milites, Wern-

---

*) Aufschrift: fidejussores debitae warandiae: Bertoldus Rufus sororius suus et Heinricus Rufus carnifex.

**) 1320 (7. Jan.) bekennen die obg. Eheleute, daß wenn sie die vorg. Hube innerhalb zweier Jahre um die bestimmte Summe nicht einlösen würden, solche dem Kloster verbleiben solle. (Mit Siegel des Ausstellers.)

herus Cleinekouf, Lodewicus de Ynheidin et Anshelmus junior, scabini ibidem et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XX, in circumcisione domini.

(Mit Siegel des Ausstellers, das der Stadt Minzenberg fehlt.)

Nr. 508.

1320 (13. Jan.) Nos Gysilbertus, Kunzelinus, Nuzyl, Bada, Guda, Jutta, Sophia, Gela, liberi quondam Peregrini armigeri, residentis in Glypberg, Johannes de Weseke, maritus Gudae, Reynhardus de Lune, maritus Juttae, Heinricus de Endebach, maritus Sophyae, recognoscimus, quod omni actioni contra Cunonem militem dictum Halbyr, receptum in Arnisburg, et idem monasterium, ratione injuriae per eundem Cun., ut credebamus, praedicto Peregrino, patri seu socero nostro, illatae, renunciamus. *) — Testes: fratres Hartmudus et Johannes, monachi in Arnisburg, Vlricus de Konegisberg, Thyle de Beldirsheim, milites, Petrus dictus Sturzekop opidanus wetflar. et a. q. pl.

Dat. in castro Kalsmunt, a. d. M.CCC.XX, in oct. Epyphaniae ejusdem.

(Das Siegel der Burgmänner in Kalsmunt ist abgerissen, die Siegel Gottfrieds, Burgmanns das. u. Philips v. Vellersheim, Ritters, hängen an. Die Aussteller haben kein eignes.)

Nr. 509.

1320 (22. Jan.) Nos Hildegerus et Hilla conjuges, cives in Lyche, notum facimus, quod a monasterio in Arns-

*) 1347 (5. Juni) verzichten Bernhelm Nuzel, Pilgerines Sohn von Gliperg, und Johan von Wiske, seiner Schwester Sohn, Weppelinge, wiederholt auf jede Forderung an das Kloster, vor den Zeugen: Grebe Bernhard von Solmße, brudir Womolde Commenture zu Wißele, hern Heinriche hern Godefrides sune, hern Heinriche hern Heinriches sune, hern Heinriche Brandaue, Ritteren, burgmannen zu Calsmund, hern Markiln von Colhusen, hern Crafte Schaben, hern Philipps von Calsmund Canonichin zu Wetflar u. a. m. (Mit Siegel des Grafen Bernhard und der Stadt Wetzlar, das Siegel der Burgmänner in Calsmund fehlt.)

burg domum eorundem in opido Lyche juxta dyversorium seu domum negotiationis seu fori versus partem aquilonarem, et domum Wigandi carnificis a parte orientali sitam, conduximus jure haereditario pro xxx. sol. denar. census annui, cellarium quoque, quod nos sumtibus nostris inibi aedificavimus, et omnia aedificia, quae in eadem domo fecimus, supradictis religiosis pro hypotheca obligamus.

Dat. a. d. M.CCC.XX, in die b. Vincentii mart.

(Das Siegel der Stadt Lich fehlt.)

Nr. 510.

1320 (23. Jan.) Nos Bertholdus dictus Rode et Hyldeburgis conjuges recognoscimus, quod nos Lodewico de Inheiden et Anshelmo de Gambach juniori, scabinis, i. marcam denar. tenemur ministrare, in cujus census certitudinem agros, hortos, prata sita infra sepes ante silvam, quae dicitur Eynloch,*) et ii. jugera arabilis terrae extra sepes locata, quod quondam Wencelo dictus Ryche possidebat, pro subpignore obligamus. — Testes: Wenzelo dictus Cleinekauf, Wikerus de Hergeren, Happelo de Steinheim, scabini, Jacobus et Dylo, scabini in Treyse, Lotzo dictus Nybelung et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XX, fer. iv. prox. a. conv. b. Pauli apost.

(Mit Siegel der Stadt Minzenberg.)

Nr. 511.

1320 (26. Jan.) Wir Hartmut Schuczesper, Johan von Beldirsheym, rittere, ratlude, vnd Gerlach von Lundorf eyn rittere, ein obirman in der zweyunge, die her Cunrat von Elkirhusen vnd her Diderich Schuczesper, her Lodewigis son von Bronhusen, rittere, hant gehabit vmme di Molen zv Romistorf vnd vmme allis daz, daz dar zv horit, sprechin, daz wir vns des irvarin han, daz hir Cunrat von El-

*) Bei Minzenberg.

kirhusen an derselbin Molen keyn reth inhat, wir sprechin auch, daz her Thiderich sal gebin hern Cunrate vor ein phert, daz he verloz vnd vor sinen schaden xii. marg peninge.

G. n. Chr. geb. m.ccc.xx, a. d. and. dage p. convers. b. Pauli.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 512.

1320 (19. Febr.) Nos Andreas hersfeldensis ecclesiae abbas recognoscimus, quod de consensu nostri conventus, perspecto nostro meliori in hac parte, item pro c. marcis argenti in emptionem castri Gebese conversis, item pro cx. libr. den. fuld. in emptionem molendini ante valvam s. Petri Hersfeldiae et in aedificia murorum in Landecke et in Kreineberc notorie exponitis, item pro xxxvi. marcis col. den. in redemptionem officii villicationis in Hohungen utiliter distributis, nobis per Heinricum de Heringen militem, fratrem nostrum, in prompto traditis, nos eidem Henrico, Hermanno ac Friderico, fratribus nostris et eorum haeredibus officium villicationis in Hohungen cum omnibus juribus et pertinentiis suis vendidimus justo feodi titulo, exceptis tamen jure patronatus parochialis ecclesiae et bonis infeodatis ibidem, nihilominus censu annuo vi. libr. hallensium, qui vulgariter winschar nuncupatur, ad communem mensam nostri conventus pertinente, ea tamen conditione, quod iidem Henr., Her. ac Frid. idem officium villicationis nobis vel nostro successori quandocunque voluerimus vel voluerit et ecclesiae hersfeld. revendere debebunt pro dicta pecuniae quantitate. — Testes: Simon. s. Joh., Heinr. s. Pet., Meinh. in Lacu, Lud. in Croceberc, praepositi nostri, Henr. Scheideman, Henr. de Heienrode, Ber. Cyppernol, Henr. Silber, oppidani nostri hersfeld.

Dat. a. d. M.CCC.XX, xii. kal. marcii.

(Vidimus de 1320.)

Nr. 513.

1320 (22. Febr.) Nos Ditwinus dictus Bansechc de Butsbach, filius Heinrici Bansechen, et Methildis conjuges, cives in Frideberg, recognoscimus, quod monasterio in Arnsburg vendidimus agros nostros in terminis villae Butsbach sitos, videlicet in campo versus Gridele i. juger an Gridelere wege, item in campo versus Wyzele ii. jugera by der lachen, item in campo versus silvam i. juger obewendic des haugis apud Cunradum de Mardorf, item i. agrum dictum der lange mudolf, ad colendum quoque, agros praedictos recepimus a praefatis religiosis pro i. maldro siliginis jure haereditario. — Testes: Johannes Ditwini quondam filius et Johannes Angeli de Gruninberg, cives in Frideberg, Hartradus Beier dictus Cyntgravius et Heinricus Sapiens de Butsbach et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XX, in kathedra s. Petri.

(Mit Siegel der Stadt Friedberg.)

Nr. 514.

1320 (19. April.) Nos Fridericus scolasticus ecclesiae wetflar., Sifridus archipresbiter et Ludewicus plebanus wetflar., Bernhardus de Gunsse miles et Johannes notarius publicus recognoscimus, quod a. d. M.CCC.XX, xiii. kal. maii, in nostra, magistri Johannis de Flore capellani capellae s. Walpurgis in Wetflaria, et fratris Guntrami commendatoris domus theotonicae in Wetflaria praesentia, in curia ejusdem domus juxta cellarium, frater Reymboldus, sacerdos ordinis fratrum domus theotonicae apud Marburg, tunc Wetflar. in dicta curia existens, constitutus, mediante fratre Johanne de Grunenberg, monacho in Arnsburg, a nobis requisitus, quid sibi de quibusdam bonis sitis in Wickere constare videatur, qui frater Reymboldus dixit, quod si magister Gobelo, olim frater suus carnalis, cantor ecclesiae s. Johannis mogunt., intestatus decessisset, quod ad eum et Friderunim,

ejus sororem, omnia bona de jure devoluta fuissent, interfuisse quoque se asseruit, quod abbas et conventus in Arnsburg cum Henrico clerico, cognato suo, nato Henrici de Curia, cui praedictus frater suus bona sua in Wyckera sita legarat, assignans bona eadem religiosis praedictis, se amicabiliter composuerunt et omne jus sibi competens in bonis praedictis, transtulit in religiosos memoratos, unde publice protestatus est, praedictum fratrem suum non sine haeredibus decessisse, nec bona sua sic esse publica, quod merito sint fisco conscribenda, cum in eum et sororem suam praedictam aut alios proximiores haeredes suos fuerint devolvenda et sibi de jure succedere debeant ex intestato.*)

(Mit Siegel der Aussteller, die beiden letzten in grünem Wachse.)

(Notariatsinstrument.)

Nr. 515.

1320 (29. April.) Nos scabini, consules, caetérique cives in Ameneburg recognoscimus, quod Wygandus dictus de Martorf armiger, castrensis opidi memorati, recognovit, quod bona sua in terminis villae Lyndin majoris sita, quae Hermannus dictus Heynburge habuit hactenus, cum pertinentiis suis, monasterio in Arnsburg, sub forma concambii, pro bonis eorundem religiosorum in Bobpinhusin sitis, quae Cunradus cognomento de Barthinhusen quondam

---

*) 1320 (11. Nov.) verzichtet Heinrich von Attenderne, Klosterbruder in Celle bei Würzburg auf seine Rechte an die Verlassenschaft des vorgen. Gobelo, vormals Notars der Stadt Mainz, seines Vaters Bruders. (Mit Siegel des Abts von Celle.)

1322 (18. Oct.) Ebenso verzichten Gottfried v. Eppenstein und seine Gem. Loretta, auf alle ihre Klagen gegen das Kloster Arnsburg, rücksichtlich der gen. Güter in ihrem Dorfe Wyckere, und erklären, von des Klosters Gütern, in Ederusheim gelegen, welche es von Rudolph gen. von Sylberberg, Bürgers zu Mainz, erkauft hat, keine Abgaben erheben zu wollen. (Mit Siegel Gottfrieds und seiner Gemahlin in grünem Wachse.)

coluit, ipsis religiosis donavit, resignans eadem bona cum omnibus liberis suis, videlicet Cunrado de Martorf, Wlperto, filiis suis, Antonia et Hyldegarde, filiabus suis.*) — Testes: Dytmarus de Selheym, Ludewicus de Selheym, Gerbertus, Dytmarus, scabini et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XX, Ruperti abb. et conf.

(Mit Siegel der Stadt Amöneburg.)

Nr. 516.

1320 (4. Mai.) Johannes papa (xxii.) confirmat privilegia monasterii de Arnsburg.**)

Dat. Avinioni iv. non. maii, pontif. a. iv.

(Das Blei hängt an roth u. gelb seidner Schnur.)

Nr. 517.

1320 (11. Juni.) Nos Theodericus dictus Wengescere, civis in Mynzinberg, et Heilmannus, filius meus, profitemur, quod monasterio in Arnsburg vendidimus domum nostram in vico curruum oppidi Mynzinberg, sub uno tecto cum domo eorundem religiosorum sitam.

Dat. a. d. M.CCC.XX, Barnabae apost.

(Mit Siegel der Stadt Minzenberg.)

Nr. 518.

1320 (13. Juli.) Nos Heinricus dictus Quiddinbaum miles et Friderunis conjuges, in Melpach residentes, recog-

*) 1320 (25. April) willigen Johann Wäppner gen. von Mardorf, wohnhaft in Muschinheim, Bruder des vorg. Wigand, und Libista, Eheleute, in vorstehenden Tausch der zwischen ihnen gemeinschaftlichen Güter. (Das Siegel der Stadt Minzenberg ist abgerissen.)

1320 (4. u. 14. Aug.) bekennt der vorg. Wygand von Martorf, Ritter, daß der vorg. Hermann gen. Heymburge, sein und seines Bruders Johannes in Linden Pachter, die vorg. Güter daselbst nach Colonatrecht besitze. (Mit dem kl. Gerichtssiegel der St. Amöneburg.)

**) 1322 (28. Mai) befiehlt derselbe den Bischöfen in Würzburg und Mainz, das Kloster in seinen Freiheiten zu schützen. Dat. Avinioni v. kal. junii, pontif. a. iv. (Das Blei hängt an hänfner Schnur.)

noscimus, quod vendidimus monasterio in Arnsburg omnia bona nostra in villa Alstat sita, cum quibusdam marchiis nostris seu jure secationis lignorum in silva Gambach, ac universis aliis juribus et pertinentiis suis. — Testes: Rulo scultetus, Wykerus et Cunradus de Hergerin et Cunradus Katzinbiz, scabini in Gambach, Guntramus Arnheimere, Gyplo Herbordi et Eklo de Alstat colonus eorundem bonorum, Lod. de Ynheidin, Wernherus Cleinekouf et Anshelmus junior, scabini in Mynzinberg et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XX, Margaretae virg.

(Mit Siegel der Stadt Minzenberg.)

Nr. 519.

1320 (10. Aug.) Nos Gobelo, Yrmintrudis conjuges, Cusa soror et Hermannus filius de quodam marito priore Yrmintrudis jam dictae, dicti Krebiz, recognoscimus, quod omnibus actionibus, nobis ratione bonorum nostrorum in Lyndehe et fructuum bonorum eorundem contra Cunonem militem dictum Halber et monasterium Arnsburg, in quo sibi elegit mansionem, competentibus, renunciavimus.

Dat. a. d. M.CCC.XX, in die b. Laurentii mart.

(Mit Siegel der Stadt Gießen.)

Nr. 520.

1320 (11. Aug.) Nos Lutherus dominus de Ysenburg et Ysingardis conthoralis nostra recognoscimus, quod curiam in villa ... Selterse prope oppidum Gyzin, sub nostra jurisdictione sitam, quam Kuno miles dictus Halbir et Hedewigis uxor sua monasterio in Arnsburg contulerunt, in ea libertate, qua Kuno et Hedewigis sunt gavisi, deinceps et ammodo volumus permanere, ejusdem curiae libertatem de ipsis in antedictum monasterium transferentes, sane quod

ipsa et cultor ipsius, qui pro tempore fuerit, a sturis et angariis ammodo sint excepti.

Dat. a. d. M.CCC.XX, in crast. b. Laurentii mart.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 521.

1320 (14. Aug.) Ego Wilhelmus de Leitgesteren dictus Gerunch recognosco, quod ob preces fratris Hartmudi, monachi in Arnsburg, cognati mei, renunciavi omni actioni, quae mihi contra Cunonem militem dictum Halber competit, asserens, mihi per ipsum de dampnis, debitis et injuriis esse plenarie satisfactum, nec mihi seu haeredibus meis aliquam contra ipsum vel monasterium Arnsburg, ubi elegit mansionem, de jure competere actionem.

Dat. a. d. M.CCC.XX, in vig. assumtionis virginis.

(Mit Siegel Gottfrieds Ritters von Calsmunt.)

Nr. 522.

1320 (26. Sept.) Ego Gotfridus de Hotzveld miles, officiatus in Marpurg, notum facio, quod cum miles Bernhardus dictus Kolbe, Johannes et Ludewicus, filii sui, contra militem Cunonem dictum Halbir, residentem in Arnisburg, et contra idem monasterium, super quibusdam bonis per dictum Cunonem quondam, ut asseruerunt, ipsis injuriose ablatis, et super quibusdam aliis dampnis moverent materiam quaestionis, et in me partes jamdictae tanquam in arbitrem compromisissent, de consensu partium earundem Craftonem dictum Scabin et Frankonem de Lyndin, milites, assumens, ut inquirerent de meritis causae, statuo et pronuncio, quod Cuno et monasterium Arnisburg praedictis Bernh., Jo. et Lud. nichil omnino tenentur, nec ipsis in aliquo obligati existunt. — Testes: Heinricus dictus Kalp, Fredericus de

Indagine, milites, Ludewicus dictus Kalp canonicus ecclesiae fritzlar., Bernhardus notarius de Marpurg et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XX, fer vi. a. fest. b. Michaehlis arch.

(Mit Siegel des Ausstellers.)

Nr. 523.

1320 (8. Okt.) Nos Johannes Wanbult miles, Emicho de Stedin, arbitri, et Happelo de Eichin armiger, advocatus in Wneckin, ab eisdem arbitris pro media seu tertia persona assumtus, recognoscimus, quod cum inter monasterium in Arnsburg ex una, et Guntramum, Lodewicum et Heinricum fratres de Stedin, filios quondam Alberti de Stetin, ex parte altera, quaestio verteretur, ratione quarundam mensurationum factarum in agris praedictorum religiosorum in Wyckinstat sitorum, Guntramo, Lodewico et Heinrico fratribus praedictis, militibus quoque . . . de Rorbach, dominis ipsorum, nomine eorundem dicentibus, quod in una mensurationum praedictarum Albertus pater fratrum praescriptorum deceptus, plus debito persolverit religiosis praedictis, et in hoc patrem suum et se gravatos asserentibus minus iuste, praedictis vero religiosis allegantibus, quod praedictae mensurationi occasionem non dederint et absque omni dolo pensionem suam sic sibi datam receperint bona fide, tandem partes praedictae in nos compromiserunt, ut causam decideremus, nos igitur pronunciamus, praedictos religiosos nihil debere actoribus memoratis, ipsos ab impetitione actorum praedictorum totaliter absolventes. — Testes: . . . plebanus in Sterrinbach, Wernherus sacerdos de Wneckin, Hermannus de Bergin, Thilmannus de Dorfeldin, Wernherus de Velwile, milites, Johannes de Karbin, H. de Oisteim, Gerlacus de Rorbach, armigeri, Johannes Faber, Wygerus, Gufere, scabini in Wneckin, Nycholaus Duvel, Wenzelo Zickun, Reinh. Clopheimere de Eichin, Rudolphus Durinhei-

mere, Sewardus de Sodelo, Gozwinus de Erpstat, Gerh. Clopheimere et Fridericus de Wyck. et a. q. pl.

Act. et dat. in cimiterio opidi Wneokin, ubi lata est haec sententia, a. d. M.CCC.XX, fer. iv. prox. a. fest. b. Dyonisii et sociorum ejus mart.

(Mit Siegel der Stadt Wonnecken und Theoderichs von Dorfelden, das des Pfarrers zu Sternbach fehlt.)

Nr. 524.

1320 (14. Okt.) Nos Heydenricus de Derinbach armiger et Elizabeth, nata Bernhardi militis dicti Kolbe, conjuges, recognoscimus, quod accedentibus Bernhardi praedicti, Johannis et Ludewici, filiorum suorum, fratrum meorum scilizet Elyzabet praedictae, pro Kunone fratre nostro adhuc in minoribus constituto, super ratihabitione ejus una nobiscum promittentium consensibus, monasterio in Arnsburg pro lx. marcis denar. vendidimus omnia bona etc. nostra in veteri Bucheseckin et in Foitxrode sitos, nobis per praedictum Bernhardum, patrem meum scilicet Elyzabeth praedictae, et Inginhildim, quondam matrem meam, donatione propter nuptias donatos, et similiter iii. jugera dicta daz hasenstucke, de quibus solvuntur iii. modia fructuum crescentium in eisdem, vulgariter dictis den Medenmeren, annuatim etiam cum bonis praedictis possidendum sub certis conditionibus. Insuper omnibus actionibus per nos contra praedictos religiosos ratione Kunonis militis dicti Halbir apud ipsos commorantis, avunculi mei scilicet Elyzabet praedictae, vel ratione bonorum per eundem ipsis collatorum habitis, renunciamus. — Testes horum in Schiffinburg, ubi praedictus contractus fuit conceptus et inchoatus, sunt Wydroldus de Linden residens in Berstad, Emercho de Wolfiskelin, consanguinei nostri, milites, Gerlacus scabinus in Gyzzen; in Gyzzen vero, ubi praedictus contractus fuit publicatus et consumatus, Crafto de Rudinhusin, Gotfridus Helfrici de Wil-

burg, castrenses et milites, Erwinus et Gumpertus, scabini in Gyzzen et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XX, in die Kalixti pap. et mart.

(Mit Siegel der Stadt Gießen, das des Ausstellers fehlt.)

Nr. 525.

1320 (15. Okt.) Nos Heinricus fuldensis ecclesiae abbas, Theod. decanus, totusque conventus ejusdem ecclesiae recognoscimus, quod nos concedimus, ut abbas et conventus monasterii in Arnspurg xiv. mansos ubilibet in marchia fuldensi sitos, villa Petruwil cum omnibus suis attinentiis ac civitatibus nostris per totum districtum nostrum exceptis, possint quocunque titulo acquirere, ita sane, quod de dictis mansis curias allodiales per suos confratres vel servos proprios colendas non faciant, sed divisim per colonos rusticos, praesertim per homines ecclesiae nostrae, si competenter haberi possunt, colant, quam concessionem ad bona feodalia ab ecclesia nostra praedicta dependentia extendi nequaquam volumus. *)

Dat. a. d. M.CCC.XX, idus octobris.

(Mit Siegel der Aussteller an grün und rother Schnur.)

Nr. 526.

1320 (6. Dec.) Nos Zablo de Veerse miles et Gertrudis conjuges recognoscimus, quod nos renunciamus omnibus juribus et actionibus in bonis monasterii in Arnesburg in Dorfgulle sitos et ab eisdem religiosis xl. annis et amplius pacifice possessis, venditioni eorundem bonorum per

---

*) 1343 (20. Okt.) Johann Graf zu Ziegenhayn und Godefrit sein Sohn bekennen, daß sie die vorg. dem Kloster gestattete Freyheit in ihrer Feudie der Fuldischen Marke stede und feste halten und daselbe nicht daran hindern wollen. (Mit Siegel der Aussteller.)

1394 (25. März) gestatten Abt und Convent zu Fulda dem Kloster noch weitere 20 Mansen in der Fuldischen Mark zu erwerben. (Mit Siegel der Aussteller.)

piae memoriae quondam Gertrudim de Curia, matrem meam scilicet Gertrudis praedictae, et reliquos fratres et sorores meos praefatis religiosis olim factae, consensus nostros adhibemus.*)

Dat. a. d. M.CCC.XX, in festo b. Nycolai episc.

(Mit S. Ritters Eberhard v. Gunse, da der Aussteller ein eignes nicht hat.)

Nr. 527.

1320 (20. Dec.) Nos Heydenricus decanus delegatus et Fridericus scolasticus ab eodem subdelegatus ecclesiae wetflar., a sede apostolica judices causarum monasterii in Arnsburch specialiter deputati, recognoscimus, quod a. d. M.CCC.XX, sabb. post diem b. Luciae virg., Chonegundis, nata quondam Syfridi campanarii wetflar., recognovit, quod domum eorundem religiosorum sitam ex opposito portae inferioris curiae eorundem infra Wetflaria sitae, titulo emphiteotico ad tempora vitae suae conduxerit a religiosis memoratis.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 528.

1321 (1. Jan.) Nos Gotfridus dominus in Eppinsteyn, Henricus Brendelin, Burkardus et Cunemannus dicti Binthamere, milites, profitemur, quod Johannes et Salicho fratres dicti Stumpe omni juri et actioni in manso, in villa Marpsheym sito, super quo inter ipsos et monasterium in Arnsburg litis materia vertebatur, renunciaverunt, praedictus quoque Salicho a praefatis religiosis mansum praedictum jure colonario recepit.

Dat. a. d. M.CCC.XXI, in circumcisione domini.

(Mit Siegel Gottfrieds von Eppenstein.)

---

*) 1336 (3. Mai.) Gleicher Verzicht Ludewigs von Dernbach gen. von Hahinberg, Johannes seines Sohnes, Ritter, und Gilbracht seines Sohnes. — Zeugen: her Markele von Kolnhusen vnde her Craft Schabe Canonikin zu Wetflar, vnd Widirolt von Verse ein edil knecht vnde Ludewig Specht ein burgere von Wetflar. (Mit Siegel der Aussteller in grünem Wachse.)

Nr. 529.

1321 (11. Febr.) Ego Erwinus Leo miles de Steynfurt recognosco, quod ab abbate et conventu monasterii in Arnsburg vineas, ipsis ab affine meo Cunone dicto Halbir, confratre ipsorum, deputatas, in terminis villae meae Steynfurt sitas, et in me et cohaeredes meos post obitum ejusdem Cunonis derivandas, quamdiu ipse vixerit, conduxi et recepi pro dimidia carrata vini frankonici boni annuae pensionis, praedictis religiosis secunda die vindemiarum vinearum mearum in Steynfurt in vas seu dolium et cufam ipsorum solvendis. — Testes: frater Hartmudus monachus in Arnsburg, Hadewigis soror mea.

Dat. a. d. M.CCC.XXI, in crast. b. Scolasticae virg.

(Mit Siegel des Ausstellers.)

Nr. 530.

1321 (17. März.) Nos Conradus in Gruningen et Nicholaus in Holtzheim plebani, sacerdotes, recognoscimus, quod Hermannus dictus Symelere et Eckardus Kalle villam de Leykesteren recognoverunt et ad interrogationem fratris Hartmudi de Linden responderunt, quod Cuno miles dictus Halbir decimam octavae partis villae Leykesteren, dictam vulgariter verenzarten zenden, emerit, et satis pauco tempore tenuerit eandem, et si de duobus vnum cogerentur jurare, magis vellent jurare, quod non nisi quatuor annis quampluribus annis tenuerit decimam praedictam. Insuper profitebantur, quod nunquam in villa Leykesteren, nec in aliquo loco perceperint clam vel palam quaestionem, quod dictus Cuno plus debito habuerit decimam memoratam, et addit Her. praedictus, quod plures ad haeredes praedictae dominae Zarthe venerit et praefatam decimam conduxerit, nihil de injuria Cunonis praedicti ipsis ut modo dicitur illata, audierit mentionis et praeterea subjungit, quod ipse Her. uno anno emptionis praedictae, praedictam decimam pro vii.

maldris siliginis etc., excepta decima feni, conduxerit et sequenti anno praedictus Cu. per se collegit, et pauco tempore postea, cum vellet praedictus Her. iterato conducere decimam veniens ad Cu. praefatum, item ei respondit, quod ipsam non haberet, sed restituisset eam, quibus de jure restituenda forét.

Dat. in grangia Gulle, a. d. M.CCC.XXI, in octava b. Agnetis.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 531.

1321 (26. März.) Noverint, quod ego Emericus cognomento de Wolfiskelin residens in Votsberg, miles, omni actioni, quam monasterio de Arnsburg movebam, a. d. M.CCC.XXI. abrenuncio. — Testes: Markelo de Nuverin, Hartmannus de Herlsheym, Cunradus dictus Lange, scabini, Hermannus de Vlmina, Cunradus de Cazzinfurt, Petrus dictus Sturzekob, cives wetflar. et a. q. pl.

Dat. ut supra, in crast. annunt. b. Mariae virg.

(Die Siegel des Ausstellers und der Stadt Wetzlar fehlen.)

Nr. 532.

1321 (11. April.) Nos Phil. senior dominus in Mincenberg, decanus ecclesiae in Lyche, Hermannus de Budinsheim, Johannes plebanus, canonicus ecclesiae praedictae, et Cunradus de Muschinheim miles recognoscimus, quod Syfridus, quondam vicarius ecclesiae parochialis in Moschinheim, omni actioni, quam sibi contra Fredericum pastorem ejusdem ecclesiae nomine vicariae ecclesiae Moschinheim usurpavit, renunciavit. *)

Dat. a. d. M.CCC.XXI, in vigilia palmarum.

(Mit Siegel Philipps.)

---

*) 1321 (20. April.) Gleicher Verzicht des vorg. Siegfried. (Mit Siegel desselben.)

Nr. 533.

1321 (29. April.) A. d. M.CCC.XXI, in die b. Ruperti abbatis, videlicet iii. kal. maii, super diversis controversiis inter monasterium in Arnsburg et Markolfum militem de Esshebach, colonum ejusdem in villa Esshebach, in quibusdam bonis ibidem motis, mediantibus Dilmanno milite de Dorveldin, fratre ejusdem Markolfi, et fratre Cunrado de Erlebach, converso praedicti monasterii, sororio praedicti Markolfi, est tractatum et arbitratum, primo quod Markolfus hoc anno praedictis religiosis in granarium ipsorum in Frankinvord de mansis et pratis omnibus, quos hactenus coluit, praesentabit xx. octalia siliginis, item omnibus annis successuris solvet ipsis i. maldrum siliginis praedictum monasterium, ratione portionis haereditariae quondam fratris Johannis dicti Friz, fratris sui, item post messes hujus anni assumendo juratos villae Esshebach mensurabit agros, prata et omnia jura pertinentes ad bona praedicta, et postquam hoc fecerit, ipse Markolfus et Gernodus, filius suus, in praesentia scabinorum, juratorum et omnium villanorum villae Esshebach, renunciabunt omnia bona praedictorum religiosorum in manus eorundem, ut ea locandi aliis habeant liberam facultatem, et de hujusmodi renuntiatione dabunt literas patentes sub sigillis Thilemani et Theoderici de Erlebach, militum, religiosis praedictis. Jtem in messibus anni sequentis praedictus Markolfus de campis hiemalibus, hoc anno per eum seminanda, recipiet partem aratro debitam, videlicet medietatem fructuum secundum consuetudinem approbatam. Jtem praedicti religiosi curiam, quam inhabitat Markolfus in villa Esshebach, ad eos pertinentem, sibi dimittent habendam, area quoque, pertinens ad bona quondam fratris Johannis de Steinvord, praedictis religiosis remanebit et pro ea curia Markolfus aream propriam in villa Esshebach praefatis religiosis quod ad

diffiniendum praedicto fratre Cunrado et dicto Theoderico milite germanis est commissum, assignabit. — Praesentibus: magistro Hartmudo grangiario, Heinrico cellerario, Ludewico et Heinrico bursariis in monasterio Arnsburg in bursaria ibidem.

(Mit Siegel des vorg. Theoderich.)

Nr. 534.

1321 (11. Mai.) Nos Vlricus dominus de Hanoywe et Agnes conthoralis nostra recognoscimus, quod nos ex pacto concambii, factae cum monasterio in Arnesburg, super curia ipsorum in Ryderin, quam in nos transtulerunt, curiam nostram, agros et mansos nostros atque bona in villa Heldebergin sitos, quae quondam Siboldo de Heldebergin et Gotfrido de Stocheim militibus, ratione castrensis homagii per avum nostrum Reynhardum, obligati fuerunt, et renunciantibus ipsis in nos proprietarie devoluti existunt, de quibus annuatim lxi. octalia siliginis solvuntur, praedictis religiosis conferimus et donavimus.

Dat. a. d. M.CCC.XXI, fer. ii. p. domin. q. cant. jubil.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 535.

1321 (21. Mai.) Nos Johannes dictus Grozejohan, filius quondam Ditwini de Ostheim, scabinus in Frideberg, tutor liberorum meorum nondum dolicapacium, Hartmannus et Ditwinus, filii mei aetatis legalis, recognoscimus, quod omnia bona in villa Rodinberge sita prope Grindahe jacente, in nos et infrascriptos pueros per quondam Hartmannum de Breidinbach, civem gelnhus., socerum meum scilicet Johannis praedicti, et quondam Kusam, socerum meam, successione haereditarie devoluta, item quandam peciam vineae ibidem, insuper x. jugera pratorum ibidem monasterio in Arnsburg vendidimus pro lxxi. marcis. Et quia Johannes, Syfridus et Agnes, liberi mei, nondum ad annos perfectae discretionis pervenerunt, fidejussores constituo Jo-

hannem Angeli dictum de Gruninberg, Heinricum Angeli sororios meos et affines, Heilmannum quondam Markelonis filium, insuper Hartmannum et Ditwinum filios et convenditores meos praedictos. — Testes: Johannes, Heinricus et Heinricus fidejussores praedicti, Heinricus scultetus, Heilmannus dictus von der zit, Heinricus de Laubinberge, scabini frideberg., Wenzelo Riche et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XXI, prox. fer. v. p. domin. cantate.

(Mit Siegel der Stadt Friedberg.)

Nr. 536.

1321 (11. Nov.) Nos Gerlacus abbas et conventus monasterii in Arnsburg recognoscimus, quod Friderico, molendinario nostro in villa nostra Wickinstat, civi in Assinheim, ad tempora vitae suae locamus molendinum nostrum in villa praedicta situm, pro xxv. maldris siliginis, ita sane, quod ruinosa tecti et parietum et ripas alvei fluminis ibidem seu margines, vulgariter dictas wer, aquas super molendinum ducentes et dissipaciones rotarum etc. restaurabit, exteriora aedificia super fundum fluminis in aquam situanda, vulgariter dicta der wazzirbu, tenere et reficere nos oportet, et si rotae molendini magna arbore, videlicet ligno centrali seu axe, vulgariter dicto eyn Wellebaum, insuper si novis molaribus molendinum forsitan indigerent, tunc lignum et molares praedictos informes et incultos ad ostium praedicti molendini praesentare debemus, sed Fridericus tam lignum quam molares secet, dolabit et poliet cum ferris requisitis et in debito loco ponet et construet suis laboribus et expensis. Si vero sui causa molendinum fuerit dissipatum, ipsum plenarie restaurabit, et si aliqua ligna in nemore nostro ibidem ad hoc apta vel ad omnia supradicta reperire poterit, illa dunmodo de scitu cellerarii nostri fecerit, secandi habebit liberam facultatem et ad vecturas nobis faciendas sicut alii coloni nostri non tenebitur, ut eo expeditius ruinosis molen-

dini poterit providere, permittimus, quod praedictus Fridericus allodium vulgariter dictum daz forwerc, quod in praesenti a nobis optinet in Wickinstat jure colonario, pro media parte fructuum sicut alii coloni nostri ibidem teneat ad tempora vitae suae, cum omnibus conditionibus, sicut in litera locationis sibi a. d. M.CCC.XVII, in octava apost. b. Petri et Pauli factae, sigillis praepositi in Elwenstat et plebani in Sterrinbach sigillata, apud nos reposita, est plenius exaratum. Praeterea praedicto Friderico agros dictos di Buinde, agros quondam senioris et junioris Drusingi ac Alheidis, quos ab eis emimus, et plures alios agros dictos vulgariter daz Vzlende, cum pratis, nemoribus, areis et curiis quibusdam in Sterinbach annexis, et omnia alia, quae Fridericus colit in praesenti in Wickinstat, agro dicto Norperti, quem sua pecunia emit excepto, locamus pro xiii. maldris ii. sumerinis siliginis. Jtem pratum dictum de Riderwise sibi locamus pro xviii. solidos denar. ad tempora vitae suae, post obitum vero suum omnia praedicta, parte aratro consueta excepta, ad nos redibunt.

Dat. a. d. M.CCC.XXI, i. d. b. Martini hyemal. episc. et conf.
(Vidimus v. 1321 (6. Dec.) mit Siegeln des Probstes in Ilbenstadt und der Pfarrer in Sternbach und Assenheim.)

Nr. 537.

1321 (19. Nov.) Nos Philippus junior de Valkinstein dominus in Minzenberg notum facimus, quod nos pietatis opera per progenitores nostros concepta et ex quadam mala negligentia obmissa ad statum debitum cupientes reformare, donationi juris patronatus ecclesiae in Muschinheim, factae per dominos Philippum avum, Wernherum patruum et Philippum patrem nostros monasterio in Arnsburg, adhibemus consensum nostrum.*)

Dat. a. d. M.CCC.XXI, in die b. Elyzabet.
(Mit Siegel des Ausstellers.)

*) 1322 (4. Febr.) Gleiche Bestätigung des Erzb. Matthias von Mainz. Dat. Moguntiae. (Siegel hängt an.)

Nr. 538.

1321 (7. Dec.) Nos Rychardus miles de Muschinheim residens in Dreise, Hellinburgis et Yrmintrudis, filiae meae, recognoscimus, quod ii. mansos terrae arabilis, communi aestimatione secundum aequalem situm camporum regulariter bonos a caeteris bonis nostris in villa Aldinstat quanto citius poterit fieri, una cum manso subjuncto secundum legalem diffinitionem juratorum dictae villae dividendos et separandos, pro lxxii. marcis den. col. vendidimus, item i. mansum in villa Aldinstat utraque et terminis ejus sitos monasterio in Arnsburg pro i. manso ipsorum in Wizzinsheim cambivimus, et quia Rychardus, Wernherus, Alheidis et Elyzabeth, liberi mei, nondum ad annos legitimos pervenerunt, Wenzelonem, Markelonem fratres de Kolnhusen consanguineos meos, Wernherum fratrem meum, milites, ac Anshelmum juniorem de Mynzinberg scabinum ibidem fidejussores ipsis constituimus.

Dat. a. d. M.CCC.XXI, in crast. b. Nicholai episc. et conf.
(Mit S. der St. Minzenberg, da der Aussteller ein eignes nicht hat.)

Nr. 539.

1321 (28. Dec.) Nos Philippus senior de Falkinstein dominus in Mincenberg, patronus seu fundator ecclesiae in Lychen, frater Hartmudus monachus, lector monachorum et grangiarius monasterii in Arnsburg, arbitri causae, notum facimus, quod cum inter monasterium praedictum et decanum capitulumque novellae plantationis ecclesiae in Lychen, ratione parochiae ibidem eis incorporatae, super requisitione

---

1322 (6. März.) Desgl. des Offizials des Liebfrauenstifts das. Dat. Moguntiae. (Siegel fehlt.)

1322. Desgl. des Domkapitels das. Dat. Moguntiae (ohne Tag.) (Siegel hängt an.)

1373 (20. Aug.) Gleiche Bestätigung Pabstes Gregor (XI.) Dat. Lugduni. (Siegel fehlt.)

et jure decimarum grangiae praedictorum religiosorum in Colnhusin infra limites ejusdem parrochiae constitutae, pro parte decimarum earundem dictarum ipsam parrochiam contingente,*) verteretur materia quaestionis, praedictis decano et capitulo jus suae parrochiae allegantibus, praefatis quoque religiosis suis privilegiis innitentibus et a praestatione decimarum asserentibus se exemptos, in nos quasi arbitros compromisissent, nos ordinamus, quod praedicti religiosi de grangia sua Colnhusin xvi. solidos den. praedictis decano et capitulo annis singulis ratione praefatae parrochiae suae solvent et ratione grangiae suae ab omni praestatione decimarum animalium, ovium, hortorum, arborum, apum, vinearum, prati dicti daz Frankinrit et omnium aliorum pratorum infra seu circa opidum Lychen versus praefatam grangiam vel circa eam sitorum, erunt in perpetuum absoluti et immunes, hoc sane adjecto, quod si de novo prata aliqua decimalia praedicti religiosi conquirerent vel agros decimales in prata redigerent, de illis decimas persolvent debitas, sicut ab antiquo solvi sunt consuetae. — Testibus: illustrissima domina Mehthilde, domini quondam lantgravii terrae Hassiae filia, conthorali nostra scilicet Philippi praedicti, magistro Cunrado medico, fratribus Heinrico priore in Arnsburg et Cunrado dicto Kuche magistro in Kolnhusin, Johanne decano, Hartmanno scolastico, Wickero, Emerchone, canonicis, Johanne plebano et canonico ecclesiae in Lyche, Erwino juniore de Drahe milite et a. q. pl.

Act. et dat. a. d. M.CCC.XXI, in die s. Innocentii, incipiendo annum domini ab ipso nativitatis die secundum morem ecclesiae romanae. In castro Lyche, sede moguntina vacante.

(Mit Siegel des Ausstellers, des Klosters und des Stifts zu Lich.)

---

*) 1372 (6. Dec.) verzichtet Bertold gen. Schlebdorn, Pfarrer der Parochialkirche zu Lich, auf allen seinen Zehnten an dem vorg. Hofe. (Notariatsinstrument.)

Nr. 540.

1321 (im Dec.) Notum sit, quod ego Conradus dictus Forcheimer, civis wetflar., communicata manu Aelheidis uxoris meae, vendidi Conrado dicto Kuze de Gunse, Gudae uxori suae, civibus wetflar., i. maldrum siliginis annuae pensionis, quod dicti conjuges mihi solvere tenebantur ex bonis suis in Langengunse villa sitis, quae olim fuerunt quondam strenui militis dicti Cranich. *) — Testes: Hartmannus de Herlisheim, Ebirhardus Mauga, scabini wetflarienses.

Dat. a. d. M.CCC.XXI, mense decembri.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 541.

1322 (14. Febr.) Noverint universi, quod nos Heinricus dictus Albus et Hedewigis conjuges, cives mincenberg., vendidimus monasterio in Arnsburg quosdam agros de bonis nostris in villis Gambach, Alstad et in Hergeren inferiori sitos, videlicet in villa Gambach in campo dicto in Rodin — zu den langin strichin sita juxta . . . dictos von Obirdorf; in Alstad in campo dicto daz budin veld — dicta vor deme Ouinzeil, in campo dicto in Rodin; in inferiori Hergeren in campo dicto daz ostirfeld — an deme ziginackere, in campo versus patibulum — vf den hergerwec — bi der leingrubin — vndir den Grubin, profitentes religiosos praedictos praefatos agros nobis jure colonario concessisse pro iii. maldris siliginis. — Testes: frater Heinricus cellerarius maior in Arnsburg, Wikerus de Hergeren, Anshelmus junior et Hanzilo de Hergeren et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XXII, in fest. b. Valentini mart.

(Mit Siegel der Stadt Minzenberg.)

---

*) Aufschrift: Na. a. d. M.CCC.XXVIII. nos, scilicet conventus in Arnsburg, emimus hos redditus erga dictum Kutz et idem resignavit nobis has literas.

Nr. 542.

1322 (20. März.) Nos scultetus, scabini et consules de Frideberg notum facimus, quod honesta matrona ... relicta quondam Cunonis, cupiens saluti animarum videlicet mariti sui, parentum suorum et suae providere, ad erogationem elemosinarum Christi pauperum, quae singulis annis de curia in Frideberg monasterii de Arnspurg dari solent, ii. maldra siliginis donatione inter vivos facta tradidit, quorum i. dabitur de una curia sita in villa Furbach vor den hoin et de parte agri ibidem, quod ipsa apud Cunradum dictum Selmut emptionis titulo comparavit, praesentibus Jungo de Lympurg, Hartm. de Aschaffinburg ac fratre Cunrado tunc magistro curiae praedictae, reliquum vero maldrum praesentari debet de iv. jugeribus sitis zubach, quod a Gerwino de Grunenberg emit, attestantibus Johanne filio quondam Ditwini, Eckehardo de Ogstat, Eygelo Swarzin et Henrico Bern.

Dat. a. d. M.CCC.XXII, sabb. prox. a. Laetare.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 543.

1322 (20. März.) Nos Bertoldus dictus Rode, civis in Mincinberg, et Hildeburgis conjuges recognoscimus, quod monasterio in Arnsburg vendidimus pro xi. marcis denar. col. agrum nostrum situm in campo versus villam Dreise, vulgariter dictum for dem Obirholz, item macellum seu scharram carnium situm in opido Minzinberg in contiguo domus dominae dictae di Verlingin, religiosi quoque praedicti nobis locaverunt agrum praedictum pro maldro siliginis. — Testes: Anshelmus junior, Wenzlo dictus Kleinekouf, Gilbertus dictus Swarze et Theodericus dictus Wengezzere, scabini et cives mincenbergenses.

Dat. a. d. M.CCC.XXII, sabb. a. dominicam letare.

(Mit Siegel der Stadt Minzenberg.)

Nr. 544.

1322 (2. April.) Pateat universis, quod cum Philippus senior piae recordationis dominus in Mynzinberg, in praesentia domicelli Cunonis filii sui, et Methildis conthoralis suae, Hartmanni scolastici ecclesiae lychens., notarii sui, et multorum tam militum tam aliorum tunc astancium, juripatronatus ecclesiae parochialis in Muschinheym per quondam progenitores suos primos fundatores monasterii arnsburg., accedente consensu et investitura Heynrici tunc archiepiscopi mogunt. olim ante c. et amplius annos quondam aldinburg. cenobio in loco, ubi nunc monasterium arnsburg. praedictum est fundatum, sito, et cum omnibus possessionibus in idem monasterium Arnsburg translato, pia liberalitate donato, et postmodum per piae memoriae Philippum avum suum, Wernherum patrem et Philippum patruum suos, dominos in Mynzinberg, iterata cum recognitione negligentiae suae interjectae donatione renovato et per sedem apostolicam confirmato monasterio memorato, et postmodum, non obstante renovatione jamdicta, absque consensu praedicti monasterii per praedictum Philippum seniorem, laicali potentia illicite usurpato, renunciarit et confirmarit omnia facta per quondam antecessores suos priores, tunc Fredericus sacerdos dictus pastor ecclesiae praedictae personaliter residens in eadem, possidens de facto ad praesentationem Philippi praedicti ingerentis se patronatui ejusdem ecclesiae parochiam saepedictam, in praesentia ejusdem domini et personarum praescriptarum ut debuit renuncians ecclesiae memoratae, ne cum ignorantia facti in jure praesentationis suae deceptum et ad titulum praedictae ecclesiae ut asseruit ex ignorantia simplici ad sacros ordines promotum, egere contingat vel oporteat, dominus abbas praedicti monasterii in Hartmannum scolasticum praedictum et praedictus Fredericus in magistrum Hartmudum monachum memorati monasterii

tanquam in arbitros compromisserunt, ut diffinirent causam cessionis Friderici praenominati; tandem quia praefatus Hartmannus est variis egritudinibus destitutus, loco sui Conradus plebanus in Sterrinbach, camerarius capituli frideberg. per abbatem praedictum pro arbitro est subrogatus. *)

Dat. a. d. M.CCC.XXII, fer. vi. a. domin. palmarum.

(Mit Siegel des Abts und der Kämmerie des Capitels in Friedberg.)

Nr. 545.

1322 (1. Mai.) Nos Johannes miles, natus Volradi militis sculteti in Frankenvord, et Lysa conjuges protestamur, quod nos in remedium omnium peccaminum nostrorum ad instaurandum quoque anniversarium quondam Johannis militis de Birkelar, patris mei scilicet Lisae, pro parte me contingente, nomine elemosinae, curias et agros seu bona nostra in opido Lyche, quos Albertus Guntheri colit, ac in Rode juxta Wedirveldin, quos colit Cunradus dictus Bezzingere, in nos per praedictum patrem meum Johannem et quondam matrem meam successione haereditaria devolutas, monasterio in Arnsburg dedimus donatione inter vivos, statuentes, ut in perpetuum de praedictis bonis iv. octalia siliginis in anniversario praedicti patris mei quamdiu vixerimus, post obitum vero nostrum in anniversario nostro conventui in Arnesburg pro pitantia ministrentur. Item volumus, quod i. octale ecclesiae in Birkelar et i. octale conventui monialium in Elwenstad tribuatur; item in Marienburnen Elyzabet, sorori meae scilicet Johannis, et Elyzabet cognatae

*) **1322** (5. Apr.) entscheiden die vorg. Schiedsrichter „quod Friderico praedicto nullum jus competit in ecclesia memorata, attamen ne eum ratione cessionis egere contingat, de gratia speciali ordinamus lx. libras hall. et i. maldrum siliginis sibi dandas. (Mit Siegel der Schiedsrichter, des Capitels in Friedberg und des Officials der Liebfrauenkirche in Mainz.)

1322 (7. Apr.) bekennt der Offizial des Liebfrauenstifts in Mainz, daß der vorg. Friedrich dieses Geld und Korn empfangen habe.

meae de Wyker, monialibus ibidem, ii. octalia, item in Padinshusen sorori meae scilicet Lysae i. octale et conventui ibidem i. octale tribuantur. *)

Dat. a. d. M.CCC.XXII, kal. maii.

(Mit Siegel des Ausstellers und seines Vaters.)

Nr. 546.

1322 (4. Mai.) Nos scabini meliores, totaque universitas opidi in Lyche recognoscimus, quod omnis contentionis materiam inter nos et monasterium in Arnsburg evitare cupientes, permittimus, ut iidem religiosi semel singulis annis viii. sol. den. praedicto opido nostro loco sturarum seu exactionum solvant, et sic de omnibus sturis et exactionibus, collectis nobis vel opido nostro de omnibus bonis et juribus infra ambitum muri opidi nostri, sint liberi et exempti, nisi plures census seu bona infra ambitum opidi nostri acquiserint, quia illa transibunt in ipsos cum onere et honore, praesente libertacione duratura, quamdiu in stura seu praecaria xii. marcarum ... domino nostro de Minzinberg per nos danda, ex gratia sua manebimus, si vero per praefatum dominum nostrum, cui obedire tenemur, praedicta stura fuerit ampliata, tunc de praedictis bonis suis facient, quod de jure fuerit faciendum. — Testes: Johannes decanus ecclesiae nostrae lychen., Hermannus vffe deme Snarrinberg, sacerdotes, Heynricus Scaube, Wigandus carnifex, Mengotus dictus Lange . . . Jacobus, scabini, Reynhardus

*) 1322 (10. Juni) geben „Conradus de Birkelar dictus de Rodde miles, Johannes dictus de Merlauwe, natus quondam fratris mei et Mya soror mea, nomine nostro et omnium cohaeredum nostrorum“ zu der vorstehenden, von ihrem Schwager Johannes Volrad und ihrer Schwester Lyse, ihren Miterben, dem Kloster gemachten Schenkung ihre Einwilligung. (Mit Siegel der Stadt Minzenberg, da sie eigne Siegel nicht haben.)

dictus Medicus, Conradus Steyndekere ... opidani nostri in Lyche.

Dat. a. d. M.CCC.XXII, in crast. invent. s. crucis.

(Mit Siegel der Stadt Lich.)

Nr. 547.

1322 (13. Mai.) Nos Volpertus praepositus, Odegeba magistra, totusque conventus monasterii in Werberg recognoscimus, quod vendidimus monasterio in Arnsburg omnia bona nostra in villa Furbach ante montana sita, quae hactenus cum eisdem religiosis indivisa habuimus.

Dat. a. d. M.CCC.XXII, Servacii episc.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 548.

1322 (27. Mai.) Nos frater Eber. de Kestinburg, prior sacrae domus hospitalis b. Johannis Jerosol. literas per fratrem Helphricum in Rudinkeim commendatorem, fratri Kvnoni de Dvne in Wyzele commendatori, super venditione curiae dictae domus in Wyzele, sitae in Gridele, ad ipsius vitam sibi facta, datas, confirmamus.

Dat. a. d. M.CCC.XXII, v. fer. infr. oct. ascens. dom.

(Mit Siegel des Ausstellers in rothem Wachse.)

Nr. 549.

1322 (Mai.) Notum sit, quod ego Johannes dictus Weste, opidanus in Lyeche, consensu Chonegundis uxoris meae, vendidi Johanni dicto Weste, meo cognato, Aelheidi uxori suae, civibus wetflar., et ipsorum haeredibus omnia bona mea in majori villa Linden sita, exceptis duntaxat iv. jugeribus terrae arabilis, quae solvunt monasterio in Arnisburch ii. maldra siliginis annuae pensionis, haereditatis titulo habenda, pro xxxi. marcis denariorum. — Testes:

Hartmannus de Herlisheym, Ebirhardus Mauga, scabini wetflar. et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XXII, mense maio.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 550.

1322 (11. Juni.) Nos Gerlacus, natus quondam Hermanni Heinburgi in Linden maiori, et Mehtildis conjuges recognoscimus, quod monasterio in Arnsburg omnia bona nostra in me ex successione haereditaria per obitum praedicti patris mei devoluta, in praesenti Johanni dicto Jacob jure colonario locata, in villa Leitgestirin sita, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, pro xxx. marcis denar. vendidimus. *)

Dat. a. d. M.CCC.XXII, in fest. b. Barnabae apost.

(Mit Siegel der Stadt Gießen.)

Nr. 551.

1322 (24. Juni.) Nos Rudolfus dictus de Manzelar, civis in Gruninberg, et Bertha conjuges recognoscimus, quod abbas et conventus monasterii in Arnsburg filios nostros, fratrem Henricum et fratrem Cunradum in consortium sui ordinis receperunt et nos, de consensu omnium generorum et liberorum nostrorum, vice haereditariae portionis, praedicto monasterio, ratione eorundem filiorum nostrorum, redditus ii. maldrorum siliginis de bonis in Selebach provenientes, quae nunc colit Wiger dictus Bumeystere, insuper censum ii. marcarum de bonis in Baymminsehinde provenientem, primo i. marcam de molendino in medio villae posito, item vi. solidos denar. etc. de bonis, quae nunc Wintherus colit, item viii. sol. den. de bonis, quae colit soror dicti Wintheri, item x. sol. den. Henricus hi deme

*) Aufschrift: Testes: Eckardus armiger dictus Fasuld, Her. Similere, C. Hene, Her. Strube et . . dictus Greue.

Fidejussores warandiae: Her. Similere et Her. Strube.

stege de bonis, quae ad eum haereditaria portione descenderunt, assignamus et donamus, volentes, ut iidem census in anniversariis nostris pro pitantia conventui, cum ibidem elegerimus ecclesiasticam sepulturam, expendantur. — Testes: Guntramus de Lindinstrud, Cunradus de Pedirshan, scabini, Lodewicus rector scolarum, Henricus Swinde et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XXII, in die nativ. b. Johannis bapt.

(Mit Siegel der Stadt Grünberg.)

Nr. 552.

1322 (20. Juli.) Officialis praepositi s. Mariae ad gradus magunt. abbati monasterii in Arnsburg salutem in domino. Ut ecclesiam parochialem in Muszenhem, in terminis archidiaconatus nostri sitam, vacantem ad praesens ex resignatione Gerlaci, sacerdotis, quondam plebani ibidem, cujus ad vos spectat juris praesentatio, officiari per idoneum sacerdotem infra hinc et festum nativitatis b. virginis proximum valeatis, vobis licentiam tribuimus.

Dat. a. d. M.CCC.XXII, xiii. kal. augusti.

(Mit Siegel des Ausstellers.)

Nr. 553.

1322 (8. Okt.) Decanus ecclesiae wetflar. judex causarum monasterii in Arnsburg plebanis parrochialium ecclesiarum in Geylenhusen, in Frideberch et Nicolao dicto Dunnebir in Wedirvelden salutem in domino. Noveritis, nos literas Johannis papae xxii. recepisse, quarum copiam vobis cum praesentibus volumus exhiberi, frequentibus monasterii de Arnesburch super multiplicibus injuriis, periculis ac molestiis quampluribus quaerimoniis excitati, ecclesiae nostrae et propriis negotiis occupati, auctoritate nobis tradita, vobis committimus vices nostras, donec eas ad nos duxerimus revocandas.

Dat. a. d. M.CCC.XXII, in crast. b. mart. Sergii et Bachi.

(Notariatsinstrument.)

Nr. 554.

1323 (20. Jan.) resp. **1318** (14. Apr.) Nos Cunradus et Hilla beckina, liberi quondam Beringeri et Hildegundis conjugum dictorum de Wilmunstere, cives in Wetflaria, recognoscimus, quod nos in remissionem peccaminum nostrorum et omnium progenitorum nostrorum omnia bona nostra in villa Dudinhouin monasterio in Arnsburg donatione inter vivos facta tradimus et donamus. — Testes: Hermannus dictus Selige, Rulo Reyge, Gerlacus Madirsele, scabini wetflar., Hermannus Monetarius civis ibidem, et Syfridus archipresbyter wetflar. fratres, Hartmudus grangiarius et Cunradus rector quondam curiae wetflar., monachi in Arnsburg et a. q. pl.

Act. a. d. M.CCC.XVIII, fer. vi. prox. a. ramos palmar. dat. vero a. d. M.CCC.XXIII, in fest. b. Fabiani et Sebast. mart.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar an grün und rother Schnur.)

Nr. 555.

1323 (4. Mai.) Nos Franko miles de Lindin, scultetus in Gizzin, et Lukardis conjuges recognoscimus, quod cum consensu Eckardi fratris mei Frankonis, monasterio in Arnsburg pro l. marcis denar. vendidimus bona nostra in villa Luzzilindin sita, quae cum praedicto fratre meo hactenus communiter tenuimus indivisa, et in praesenti Gerhardus dictus Snabil jure colonario colit. — Testes: Widroldus sacerdos de Lindin, Bernhardus de Gunse miles, Eckardus armiger praedictus, Gerlacus scabinus in Gizzin, Snabil praedictus et Heyno dictus Stukire, villani in Luzzilindin et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XXIII, in crast. invent. s. crucis.

(Mit Siegel des Ausstellers und der Stadt Gießen.)

Nr. 556.

1323 (10. Juli.) Nos Vlricus dominus de Haynowe et Agnes conthoralis nostra recognoscimus, quod nos in

recompensam et instaurationem testamenti quondam Vlrici patris nostri per ipsum monasterio in Arnsburg, in quo fundationis fungimur dignitate, legati et per nos propter eventus sinistros varios prout debuimus minime consumati, insuper pia liberalitate propter deum praedicto monasterio omnia jura nostra, census et proventus nostros in villa nostra Dreyse sita prope opidum nostrum Mynzenberg, jurisdictione tamen ejusdem villae, quoad facultatem judicandi, poenas forefactorum consuetas recipiendi, herburgas nostras ac tabernam pro vino nostro vendendo sub certo banno habendi et homines nostros proprios existentes duntaxat excepta, damus donatione facta inter vivos. *) — Testes: Johannes et Helffricus fratres, milites nostri, dicti de Rudinkeym, consiliarii nostri, Happelo de Eycheyn advocatus noster in Wunekeyn opido nostro et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XXIII, domin. prox. a. fest. b. Margaretae virg. et mart.

(Mit Siegel des Ausstellers an rother Schnur, das seiner Gem. fehlt.)

Nr. 557.

1323 (13. Juli.) Nos Johannes dictus Faber et Kunegundis conjuges de inferiori Jttingishusin recognoscimus, quod vendidimus monasterio in Arnsburg quosdam agros et prata de bonis nostris in villa Jttingishusin sitos, quorum descriptio haec est: in campo dicto zu me einlohe — an der Lachin — amme hasinspile — vndir den wingartin — an der breidinwisin — an dem Nuwenrode — an der Lanzinstrud; in campo dicto vf der hard — vf me sande in

*) 1323 (10. Juli) bitten die vorg. Ulrich von Hanau und seine Gem. Agnes den Erzbischof und das Capitel zu Mainz, daß sie ihre Genehmigung zu der in der vorstehenden Schenkung auch begriffenen Uebertragung des Patronatsrechts der Parochialkirche in Dreyse bei Mynzenberg an das Kloster geben möchten. (Siegel wie oben.)
1380 (17. Sept.) bestätigt der Cardinal Pileus diese Incorporation zu Frankfurt.

den rodirin — imme sole — zu den galgin — vf den heklin; in campo dicto daz obirfeld — amme Steinbuhile — in dem wides — in der Ysingrubin — in den buch stumppin — zu den clingin — ante superiorem villam Jttingishusin. Jtem descriptio pratorum est haec: ii. peciae in den bigen — in der Lachin — in den semidin — zu breidin eichen, profitentes praedictos religiosos praefata bona nobis jure colonario concessisse pro i. marca denariorum. — Testes: Wenzlo Keie officiatus in Munstere, Merbode, Hermannus opilio, scabini, Happlo dictus Lumminere et Heinricus dictus Lindinere et a. q. pl.*)

Dat. a. d. M.CCC.XXIII, in fest. b. Marg. virg. et mart.

(Das Siegel der Stadt Lich fehlt.)

Nr. 558.

1323 (4. Aug.) Ego Heinricus de Byginbach, canonicus ecclesiae s. Mariae ad gradus mogunt., recognosco, quod abbas et conventus monasterii in Arnsburg aream suam, quae olim fuit Yrmingardis quondam beckinae, in villa Cruftele sitam, mihi ad vitae meae tempora concesserint, ordino quoque, quod praedicti religiosi post obitum meum praedictam aream cum omnibus aedificiis, structuris et meliorationibus libere devolvantur in animae meae remedium.

Dat. a. d. M.CCC.XXIII, fer. v. post. Petri ad vincula.

(Mit Siegel des Ausstellers.)

Nr. 559.

1323 (2. Sept.) Vlricus dominus in Hanowe strenuo viro Cunrado dicto Rost militi, fideli suo, salutem. Cum nos pro anniversario et testamento quondam pratris nostri omnia jura nostra in villa nostra Treyze prope Minzinberg cum patronatu ecclesiae ibidem, jurisdictione tamen excepta,

*) Aufschrift: fidejussores warandiae per annum Wenzlo Keie cingravius, Cunradus dictus Windinere et Johannes filius Gerhardi.

monasterio in Arnsburg contulerimus, fidelitatem vestram requirimus et jubemus, quatinus censum librae denar., quem nobis hactenus de molendino vestro ibidem solvere debuistis, de caetero praefatis religiosis solvatis et ab ipsis recognoscatis.

Dat. Wunecken, a. d. M.CCC.XXIII, iv. non. septembris.

(Das in grünem Wachse aufgedrückte Secretsiegel fehlt.)

Nr. 560.

1323 (Ende Sept.) Ego Theodericus dictus Friz miles de Dorfeldin recognosco, quod ego pro persona mea solummodo ad tempora vitae meae, praesente Stilla, conthorali mea, rubetum seu nemus monasterii in Arnsburg, in terminis villae Kezzilstad juxta castrum Hanowe situm, ita tamen, quod magis vicinatur iamdictae villae, quam castro praedicto, pro dimidia marca a monasterio praedicto ad utendum, vel si maluero in novale seu pratum redigendum, recepi et conduxi. — Testes: Johannes de Huleshobin miles, Markolfus filius suus, cognati mei, Conradus dictus Dytpechere, Willekinus dictus Stebe et a. q. pl. in villa Dorfeldin.

Dat. a. d. M.CCC.XXIII, circa fest. b. Mychaelis, tempore reyse regalis versus Werde et Sueviam.

(Mit Siegel des Ausstellers in grünem Wachse.)

Nr. 561.

1323 (Oct.) Omnibus innotescat, quod ego Eckehardus dictus Fasolt, armiger de Leitgesteren, mutuo consensu Lutgardis uxoris meae, vendidi Gerhardo dicto de Linden, Hadewigi uxori suae, civibus wetflar., pratum meum prope villam Leitgesteren juxta viam dictam der burchwech et pratum dictum dy dyclanne, quod pratum Renero et Gerhardo praedicto, fratribus, dinoscitur pertinere, situm, pro xvi. marcis denariorum. — Testes: Gerbertus Vdonis, Hermannus Reye, scabini wetflar. et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XXIII, mense octobri.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 562.

1323 (4. Dec.) Johannes, scriptor pinguensis, canonicus s. Mariae ad gradus, et Hugo, praebendarius majoris ecclesiae mogunt., collectores fructuum beneficiorum vacantium a Mathia archiepiscopo mogunt. deputati, recognoscimus, nos locasse monasterio in Arnsburg universos fructus, redditus et proventus ecclesiae parrochialis in Dreysen, nuper vacantis ex resignatione libera nobilis domicelli Reinhardi de Wilnawe, quondam ipsius ecclesiae rectoris, et specialiter curiam, quam detinet miles dominus Richardus de Musschenheim, cum suis attinenciis, habendos ad duorum annorum spacium, pro lxxx. libris hallensium.*)

Dat. a. d. M.CCC.XXIII, die domin. a. diem. b. Nycolai episc.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 563.

1324 (22. Febr.) Nos Petrus dictus de Wanebach et Bertha conjuges, residentes in Echcil, profitemur, quod nos nomine elemosinae, donatione inter vivos facta, redditus i. modii siliginis de jugere cum dimidio terrae arabilis in terminis villae Wanebach sito, in loco dicto in der Clingen, monasterio in Arnsburg dedimus, volentes, quod post obitum nostrorum amborum, praedictum juger ad praefatos religiosos titulo proprietatis libere devolvatur.

Dat. a. d. M.CCC.XXIV, in kathedra b. Petri.

(Mit Siegel des Plebans Engelbert zu Echzel in grünem Wachse, da der Aussteller ein eignes nicht hat.)

Nr. 564.

1324 (23. Apr.) Nos Arnoldus dictus Stochar miles castrensis in Steinhem et Katerina conjuges recognoscimus,

*) 1323 (10. Dec.) verbieten die vorg. Johannes und Hugo den Pfarrern in Dreise und in Minzenberg, die Einkünfte der Pfarrei Dreise, welche durch die Verlobung des Grafen Reinhard von Weilnau, einst Rectors das., und dessen Verzicht deßhalb unbesetzt sey, einzuhalten, indem sie sich die Disposition darüber vorbehalten. (Siegel wie oben.)

quod nemus seu buschum nostrum, situm intra nemus dominarum de Padenshusen et inter nemus dictum der Grebenwalt in uno terminorum suorum pertingens ad marchiam de Hovheim, dictum des Stocharn walt, habens circiter iv. mansos in mensura, mere proprium nostrum, prout in figura iudicii Steinheim meliores et antiquiores incolae ejusdem judicii ab Arnoldo de Sualeheim advocato ibidem interrogati, recognoverunt et sunt contestati, progenitores nostros ipsum pacifice possedisse, quolibet manso vendito pro xvi. libris hall., monasterio in Arnsburg vendidimus, necnon bannum et defensionem ejusdem nemoris per officiatos domini mei de Eppenstein, in cujus territorio situm existit, ipsis fieri procuravimus, ponentes ipsis fidejussores Burchardum dictum Binthamer militem, Wortwinum dictum Korp armigerum, Rodolfum cintgravium judicii in Steinheim, Herbordum Melshemere de Frankenvord, Hartmannum dictum Munich et Petrum de Ouheim. — Praesentibus: Hartmanno de Gunsrode milite, Hartmodo de Oberoldeshusen et ... dicto Colse de Husen, et turba populi copiosa.

Dat. a. d. M.CCC.XXIV, in die b. Georgii mart., in figura judicii Stenheim infra sedes ejusdem.

(Die Siegel des Ausstellers und Gottfrieds von Eppenstein fehlen.)

Nr. 565.

1324 (24. Apr.) Noscat, quod devoti in Christo subscripti altare per ipsos in ecclesia parochiali in Muschinheym, monasterio in Arnsburg incorporata, in honorem s. Mariae virginis et s. Johannis baptistae construendum, rebus suis et muneribus liberaliter dotaverunt, ut missa demane per capellanum in eo instituendum celebretur, ita tamen, quod medio tempore quousque praedictum altare erigatur, capellanus praedictus missam praefatam celebrabit in altari s. Nicolai confessoris, quod jam in praefata ecclesia actualiter est constructum. Sane Elyzabet, relicta quondam Con-

radi militis de Muschinheym dicti in deme ende hobe, una cum Gernando et Dammone militibus, filiis suis, redditus viii. octalium siliginis de curia sua praedicta deme ende habe tollendos, quosque redditus equipollentes in bono situ cedentes ad dotem praedicti altaris per ipsorum pecuniam comparentur et quousque cedant redditus sic empti capellano praedicto, item miles Wernherus de Muschinheym, una cum Agnete conthorali sua, redditus vi. octalium siliginis de agris suis, videlicet de ii. jugeribus dictis an der kruckin, item de i. jugere sito obir daz floz, item de agro dicto daz brenun stucke, item de jugere dicto der Ozzillin morgin, item de iv. jugeribus in campo versus Wedere in agro dicto daz crumme stucke percipiendos, praeterea miles Dammo de Burkartisfelde, qui nunc dicitur senior, redditus i. maldri siliginis de jugere sito of der bach, item de i. jugere dicto der crumme morgin et de i. jugere sito in via versus Birkelar solvendos, item Johannes armiger de Mardorf, cum Lybista uxore sua, censum vi. sol. den. de ii. pratis suis sitis in villa Steynberg solvendos, item Gernandus frater suus de Mardorf, cum Mya uxore sua, redditus I. octalis siliginis de pensione iv. octalium siliginis sibi in villa Butdisbach cedente, tollendos, item Conradus de Mardorf, frater praedictorum, cum Cunegunde uxore sua, unam domum sitam in Muschinheym, praeterea Wernherus dictus for deme falledore agrum situm juxta dy ibirmerin infra viam, qua itur Arnsburg, item Rulo de Wedere, i. juger situm ante nemus in campo dicto daz Luzzilfelt, item universitas villae in Muschinheym ii. domos sitas juxta cimiterium ecclesiae ibidem, item pratum dictum dy Kucchinstat, pratum dictum eynloch, insuper den werd juxta pontem, item agrum dictum der eggilse, item censum v. sol. den. de vi. jugeribus pratorum dictorum dy lache solvendum; insuper unam marchiam lignorum annuatim in silva muschinhemensi secandam, dederunt donatione inter vivos

facta ad dotem altaris memorati. Insuper redditus iv. octalium siliginis ad luminaria praedictae ecclesiae cedent eciam capellano altaris, praeterea jus patronatus altaris et dotis praedictarum ad monasterium arnsburgense pertinebit*) etc. (folgen die Verpflichtungen des Capellans rücksichtlich der Feyer der Messe.)

Dat. a. d. M.CCC.XXIV, in crast. b. Georgii mart.

(Mit Siegel des Abts zu Arnsburg, Wernhers des Pfarrers zu Muschenheim, sowie der Ritter Dammo d. ält. und Wernhers vorg. in grünem Wachse.)

Nr. 566.

1324 (22. Mai.) Ego Gysilbertus dictus Swarze, residens in Hovewizela, recognosco, quod cum coenobio in Kalderen pro instituenda praebenda quoad usum pinguiorem rerum temporalium Petzae, filiae meae, monialis monasterii praedicti, insuper loco portionis haereditariae, praedictum coenobium post obitum meum in persona praefatae filiae meae contingentis, redditus xvi. octalium siliginis et tritici de bonis certis in villa Birkelar provenientes, jam dudum assignaverimus, sane cum eadem bona in Birkelar pro servitiis domino meo de Falkenstein factis vendiderimus, volens igitur praefato coenobio quoad equipollenciam redituum venditorum in consimilibus redditibus providere, ex nunc bona mea in superiori Hergerin sita, ad unam curiam et xxxiii. pecias agrorum et pratorum se extendentia, quarum partes correspondentes habet divisas Conradus armiger de Mardorff, xvi. octalia siliginis et tritici solventia annuatim, praefato coenobio dedi.

Dat. a. d. M.CCC.XXIV, fer. iii. in rogationibus.

(Mit Siegel der Stadt Minzenberg.)

---

*) 1337 (29. Nov.) bestätigt der Erzbischof Heinrich von Mainz diese Stiftung. Dat. Aschaffenburg. (Mit Siegel desselben.)

Nr. 567.

1324 (1. Juni.) Testamentum Angeli dicti de Sassin, olim civis in Fridberg. *)

Dat. a. d. M.CCC.XXIV, in kal. junii.

Nr. 568.

1324 (27. Juni.) Nos Rudolfus zv Silbirberg cammerarius, Emercho scultetus, Nicolaus, Salmannus, Volgmarus et Scherplinus, judices saeculares mogunt., profitemur, quod cum a. d. M.CCC.XXIV, fer. iv. prox. p. fest. nativ. b. Johannis bapt. in curia archiepiscopi mogunt. in loco consueto judicio reipublicae, quae vngebedending vulgariter dicitur, praesideremus, honorabilis vir Heinricus de Bygenbach, canonicus ècclesiae s. Mariae ad gradus mogunt., super domo zum Rosingartin, in vico comitis prope domum ad symeam superius sita, eidem Heinrico suisque haeredibus proprietatis titulo jugiter optinenda, me Nicolao judice praemissa publicante, post primum et secundum bannos suos coram nobis rite primitus conquisitos, tertium bannum suum super eadem domo de una celebratione reipublicae ad aliam absque contradictione cujuslibet hominis rite conquisivit, et super praedicta domo a nobis confirmatus existit per sententias judiciarias, attestantibus advocatis, budellis ac aliis civibus mogunt. anno et die superius annotatis.

(Mit Siegel der Aussteller und der Richter.)

Nr. 569.

1324 ($^{28}/_{19}$. Juli.) Nos Folpertus miles dictus Hosechen de Honfilz et Amabilia conjuges, Elenhevob commanentes, profitemur, quod nos Philippo domino de Valkensteyn red-

*) Diese interessante Urkunde wird vollständig abgedruckt im 3. Hefte des VI. Bandes des Archivs für Hess. Gesch. und Alterthumskunde erscheinen.

ditus iv. marcarum col., super curiam nostram Melppach sitam, assignavimus, quos ab ipso nos nomine castrensis feodi haereditarie possidemus, ea conditione, quod si alia bona nobis comparare nos aut nostri haeredes possemus sibi viciniora sita, ubi hujusmodi redditus iv. marcarum bene et commode possent demonstrari, praedicta curia nostra ad nos libera revolvetur. — Testes: Mengotus miles dictus Knibe, Conradus de Trespach miles, Johannes Ruffus de Derenbach armiger et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XXIV, in die Panthaleonis, xiv. kal. aug.

(Mit Siegel des Ausstellers.)

Nr. 570.

1324 (2. Oct.) Nos Conradus camerarius, totumque capitulum sedis in Fredeberg recognoscimus et ad consultationem Andreae plebani in Wizele, confratris nostri, pronunciamus, quod cum novalia ex indagine vel rubeto prope Minzinberg extra muros ejusdem opidi, per dominos de Falkinsteyn facta sunt infra terminos decimacionum et limites parrochiae in Dreyse, a qua capella in Minzinberg olim fuit separata, merito approbata, decimae eorundem novalium ad praedictam parrochialem ecclesiam in Dreyse debent pertinere.

Dat. archipresbyteratu nostro a. d. M.CCC.XXIV, fer. iii. post Remigii, quae fuit dies capituli nostri.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 571.

1325 (Jan.) Noverint universi, quod ego Johannes Monetarii, civis wetflar., mutuo consensu Katherinae uxoris meae, vendidi Hermanno de Olmene, Heidendrudi uxori suae et ipsorum haeredibus curiam meam in villa Lutzillinden sitam, cum omnibus bonis et juribus, quem Monfridus dictus Holzhusir jure colonario colit, et solvunt Heidendrudi dictae Munzirsin beginae, privignae olim Gerhardi

dicti Munzere, mei fratris bonae memoriae, iii. maldra tritici annuatim. — Testes: Hermannus Monetarii, Gerbertus Vdonis, scabini et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XXV, mense januario.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 572.

1325 (21. März.) Nos Lukardis, relicta Friderici dicti Staubin, Johannes, Hadewigis, Bertha, Alheydis, liberi ejusdem, cives in Frideberg, recognoscimus, quod in causa, quam nos ratione Juttae beckinae de Nouheim et Emmerici, quondam rectoris ejusdem ecclesiae in Nouheim, contra monasterium in Arnsburg habere videbamur, veraciter comperimus, quod nichil omnino juris vel actionis nobis competebat vel competit in hac causa, unde etiam si aliquid juris habere videremur, prout Wencelo burgravius et quondam Gotfridus de Stocheim, castrensis in Frideberg, arbitratores, super eo statuti diffinierunt, renunciamus.

Dat. a. d. M.CCC.XXV, in fest. b. Benedicti abbat.

(Mit Siegel des vorg. Burggrafen Wenzelo und des Schöffen Jungo in Friedberg.)

Nr. 573.

1325 (März.) Nos Johannes de Nuveren et Katherina conjuges, cives wetflar., profitemur, quod a concivibus nostris Gerdrude videlicet, Hildegunde et Bertha, sororibus, filiabus quondam Hermanni dicti de Morlebach, agros ipsarum sitos prope Drenkenvort illorum de Calsmont una cum horreo ipsarum et horto sibi adjacente, sitis in Selhobin sub via, qua itur versus Rabodinmolen, conduximus pro v. maldris siliginis, nos etiam agrum nostrum, agris Johannis Monetarii ac Henrici dicti de Bredehusin, generi ipsius, consitis in monte dicto Gyrnsperch, pro subpignore obligavimus. —

Praesentibus: Marquardo de Nuveren, Ebirhardo dicto Mauge, scabinis et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XXV, mense marcio.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 574.

1325 (4. Mai.) Nos frater Gerlacus abbas in Arnesburg, patronus ecclesiae parrochialis in Dreise prope Mincinberg, nostro monasterio incorporatae, et Anshelmus sacerdos, vicarius perpetuus ecclesiae ejusdem, recognoscimus, quod cum inter nos super proventibus et juribus vicariae jam dictae quaestio verteretur, nos compromisimus in fratrem Hartmudum de Lyndin, monachum monasterii praenotati, et Heinricum Gotsholdi, sacerdotem plebanum in Gambach, qui pronunciarunt jura et proventus vicariae praefatae subjunctos ipsius esse debere in perpetuum duraturos. Primo, quod abbas monasterii supradicti de proventibus pastoriae ecclesiae suae ad corpus praebendae vicariatus ipsius xxv. octalia siliginis et vi. octalia tritici debet dare, secundo, quod vicarius in villa Dreise, in opido et suburbio Mincinberg, in Ebirstad et in omnibus terminis parrochiae praedictae Dreise decimas animalium decimari, communiter dictas, minutas seu personales de hominibus solivagis, conducta hospicia seu areas conductas pro censu annali debet recipere. Decimae vero hortorum et fructuum seu fundi etc. ad jus praedicti monasterii pertinebunt.

Dat. a. d. M.CCC.XXV, sabb. a. domin. q. cant. cantate domini.

(Mit Siegel der Aussteller und Schiedsrichter in grünem Wachse.)

Nr. 575.

1325 (6. Mai.) Noscant universi, quod viri infrascripti, in remissionem peccatorum suorum et omnium progenitorum suorum, altare virginis Katherinae in parrochiali ecclesia villae Dreyse juxta Mynzenberg monasterio in

Arnsburg incorporata constitutum, rebus suis et muneribus dotaverunt, ut missa demane per capellanum sacerdotem in eo instituendum sempiterno tempore celebretur. Sane Rychardus miles de Muschinheym, residens in Dreyse, redditus vi. maldrorum siliginis de manso dicto vulgariter morickelis hube, ad dotem praedicti altaris assignavit et contulit curiam et domum, quam nunc inhabitat sacerdos; secundo Conradus dictus Rost de Dreyse miles dedit et assignavit redditus ii. maldrorum siliginis de agris sitis in der Birgil stad — vf der daupach — infra agros advocati et Johannis cognati sui — juxta crucem byme obirnhoberin wege — byme Wanebechir wege; tertio Gerlacus miles, advocatus in Dreyse, dedit redditus i. maldri siliginis de dimidio jugere vf deme Muschinheymir berge — in der Sulze — an deme hundiszele — an deme Bliczinbohele — an den langin scricchin — — vf deme Wedirberge — an deme paffin pade — by deme Rodin steyne; quarto Johannes armiger, advocatus in Dreyse, nomine suo et Wernheri militis, fratris sui, dedit redditus i. maldri siliginis de universis agris, quos sororius Guntrami de Dreyse sibi vendidit habendos tamdiu, donec cum viii. marcis in emptionem reddituum convertendis, ab ipso redempta fuerit pensio praenarrata; *) quinto tota universitas villae Dreyse iii. jugera sita an deme hinder holz tribuit. Praeterea ut tranquilla pax inter plebanum praedictae ecclesiae et sacerdotem cappellanum praefati altaris perpetue vigeat, juspatronatus et praesentatio altaris praedicti ad monasterium arnsburg. in perpetuum pertinebit, insuper cappellanus in missis et horis canonicis plebanum praedictae ecclesiae cantando et legendo fideliter adjuvabit etc.

Dat. a. d. M.CCC.XXV, pridie nonas maii.

(Mit Siegel des Abtes von Arnsburg, des Pfarrers Anshelm in Dreyse, und der Ritter Rychard und Conrad gen. Rost.)

---

*) 1335 (9. Aug.) beurkundet Abt Gerlach in Arnsburg, daß Ritter Johannes, Advocat in Dreyse, dieß gethan habe.

Nr. 576.

1325 (7. Mai.) Notum sit, quod nos Henricus miles, Conradus, Theodericus armigeri, Biyela, liberi Conradi militis de Muschinheym, residentis in Birkelar, et Johannes armiger dictus Scade, maritus Biyelae praedictae, haeredes Conradi militis praedicti, donationem domus, curiae et horti ad dotem ecclesiae in Birkelar, quos in praesenti plebanus dictae ecclesiae possidet, per praedictum Conradum militem patrem nostrum factas, ratas habentes ipsas promittimus inviolabiliter observare.

Dat. a. d. M.CCC.XXV, non. maii.

(Mit Siegel des Abts von Arnsburg in grünem Wachse, des vorg. Conrads d. ält. v. Muschenheim und Johannes gen. Scade, da die Anderen ein solches nicht haben.)

Nr. 577.

1325 (8. Mai.) Noverint universi, quod ego Conradus dictus Truschart, civis wetflar., consensu Elisabetae uxoris meae, vendidi Nicolao dicto Schonekost, Gudae uxori suae, civibus wetflar., et haeredibus ipsorum, ii. marcas annui redditus sibi ex domo mea infra muros Wetflariae inter thuguria ex opposito domus Lodewici dicti Habircorn et prope domum beginarum dictarum der burinheimerin kint sita, quae domus solvit Henrico de Holzhusin xxxii. den. col., necnon Henrico dicto de Herberen, ejus genero, xvi. den. col. census nomine annuatim, pro xxx. marcis den. — Testes: Ebirhardus dictus Mauge, Ebirhardus dictus Rode, scabini et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XXV, fer. iv. prox. p. Philippi et Jacobi apost.

(Mit Siegel der Stadt Wetzlar.)

Nr. 578.

1325 (31. Oct.) Nos Mechildis, Rudolfus gener ejus, necnon Nortdrat uxor mea, cives in Budisbach, recog-

---

1337 (29. Nov.) bestätigt Erzb. Heinrich von Mainz obige Stiftung des St. Catharinenaltars. Dat. Aschaffenburg. (Mit Siegel.)

noscimus, quod vendidimus Conrado dicto Arnheymer, civi in Mynzenberg, i. octale siliginis annuae pensionis pro iii. marcis den. col., ipsi assignantes i. juger, quod dicitur vbirdazfloz, item dimidium juger, quod dicitur vffe dem berkhohe, item i. juger, quod dicitur zv grazze an der weide, pro subpignore. — Testes: Ortwinus et Henricus dictus Wise, scabini, Henricus dictus Herwere et Herdenus de Budisbach et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XXV, in vig. omnium sanctorum.

(Mit Siegel der Stadt Minzenberg.)

Nr. 579.

1325 (2. Nov.) Ego Wilhelmus, natus quondam Fasoldi, armigeri de Leytgesterin, residens in Habichinheym, recognosco, quod cum consensu Juttae, Henklonis de Wiske, mariti sui, Katherinae, Syboldi de Klettinberg mariti sui, generorum meorum, Irmengardis et Gelae, filiarum mearum, monasterio in Arnsburg pro xxi. marcis den. col. redditus perpetuos, iii. maldrorum siliginis, de bonis propriis in me per piae memoriae quondam socrum meam devolutis, in terminis Bonhauin et Furbach ante montana villarum sitis, quae in praesenti Heylmannus dictus Rasor jure colonario possidet, de quibus vi. maldrorum praefato monasterio et xii. mihi et praedictis haeredibus, necnon iv. monasterio in Werberg pensiones annuatim hactenus sunt solutae, derivandos, vendidi, et Syboldus, gener meus, et Katherina, uxor sua, filia mea, specialiter, caeterique haeredes mei generaliter renunciaverunt Velleyano videlicet juri dotalicio seu donationi propter nuptias sibi competentibus in dictis bonis. Et quia Gotfridus et Sufphia, liberi mei, nondum sunt dolicapaces, nec annos legittimos attigerunt, Henklonem, Syboldum, generos meos, et Conradum, filium quondam Lysae de Habichinheim, fidejussores constituo.

Dat. a. d. M.CCC.XXV, in die omn. animarum.

(Mit Siegel Conrads gen. Setzepant Ritters, Schultheißen in Butzbach und der Stadt Minzenberg, da der Aussteller ein eignes entbehrt.)

Nr. 580.

1325 (4. Nov.) Nos Cunradus dictus Rost miles et Jutta conjuges de Dreise prope Myncinberg, recognoscimus, quod jus haereditarium nobis in quadam area molendini et pratis, agris ac marchia libera, necnon salicibus in W e d e r e, de quibus libram denar. nobili viro domino ... de Hanowe prius et postea ex jussu ejusdem monasterio in Arnesburg annuatim solvere tenebamur, competens, dictis religiosis vendidimus.

Dat. a. d. M.CCC.XXV, prid. non. novembris.

(Mit Siegel des Ausstellers, und der Stadt Minzenberg.)

Nr. 581.

1325 (24. Dec.) Nos Hermannus Rasor et Gela uxor sua recognoscimus, Petro clerico, Conegundis institricis bonae memoriae filio, nos x. sol. redditus vendidisse super domum nostram, sitam inter domos Jacobi cauponis et wallonis fabri, dandos pensionis nomine. — T e s t e s: Bethuldus dictus Schnideboc, Mengotus dictus der lange, Heylemannus dictus Slethorn, Hermannus dictus Slunt, Wenclo dictus Danach, cives in Lyeche et pl. a.

Dat. a. d. M.CCC.XXV, in vig. nativitatis domini.

(Mit Siegel der Stadt Lich in rothem Wachse.)

Nr. 582.

1326 (22. Jan.) Nos Syboldus armiger dictus de Klettinberg et Katherina conjuges, residentes in H a b i c h i n h e y m, recognoscimus, quod redditus ii. maldrorum siliginis de bonis in terminis villarum B o n h a u i n et F u r b a c h ante m o n t a n a sitis, quae in praesenti Heylmannus dictus Rasor colit, in quibus redditus vii. maldrorum siliginis ex dotatione Wilhelmi dicti Fasoldi, soceri mei Syboldi, nobis hactenus debebantur, pro xv. marcis den. col. de consensu ejusdem Wilhelmi, necnon Jutthae, Yrmingardis, Gelae, filiarum suarum, Henclonis armigeri de Wiske, mariti Jutthae dictae,

insuper nomine Gotfridi et Sophiae nondum dolicapacium consensu praedicti Wilhelmi, patris ipsorum, monasterio in Arnesburg vendidimus, et meipsum scilicet Syboldum, Wilhelmum socerum meum et Henclonem de Wiske praedictos fideiussores constituimus. Praeterea confitemur, quod viii. maldra siliginis nobis ratione dotis de bonis praedictis olim debebantur, sed i. ipsorum praedicto Wilhelmo socero meo vendere permisimus, cum ii. aliis maldris suis venditis praedictis religiosis, unde in posterum nobis de praedictis bonis solummodo v. maldra siliginis debebuntur. *)

Dat. a. d. M.CCC.XXVI, in die b. Vincentii mart.

(Mit Siegel der Stadt Minzenberg und Ritters Conrad gen. Setzepant, seines Verwandten, letzteres in grünem Wachse, da der Aussteller ein eignes nicht hat.)

Nr. 583.

1326 (31. Jan.) Ego Hermannus de Olmena, opidanus wetflar., recognosco, quod in remissionem peccaminum meorum et quondam Heydendrudis conjugis meae et omnium progenitorum meorum legavi monasterio in Arnsburg curiam meam sitam in villa Lutzillinden, quam nunc Meffridus ibidem colit, cum omnibus bonis ad ipsam pertinentibus, sane ut dicti religiosi Irmengardi, Hyldegundi et Swenhildi, meis consanguineabus dictis de Olmena, Wetflariae commorantibus, x. maldra siliginis, maldrum caseorum, ii. metretas papaveris, iv. aucas et totidem pullos, quamdiu omnes vixerint, presentent annuatim.

Dat. a. d. M.CCC.XXVI, ii. kal. februarii.

(Mit Siegel des Ausstellers.)

Nr. 584.

1326 (26. Mai.) Cunradus cantor ecclesiae s. Mariae in Lyeche, Henricus in Frideberg et Alb. in Waldradehusen

*) 1327 (16. Febr.) verkaufen die vorg. Eheleute von obg. 5 Maltr. Korngeldes dem Kloster weiter 1 Malter für 7½ Mark köln. Pfennige. (Mit Siegel wie oben.)

plebani, arbitri in causa, quae inter monasterium in Arnspurg et militem Johannem dictum Groppin vertitur, ... plebano in Mincemberg salutem in domino. Cum ad instantiam praedicti monasterii per judices moguntin. contra nos per sententias latas et ferendas, ut timemus, inposterum graviores, pro diffiniendo negotio praedicto nobis commisso et assumpto ingratum in nobis esse potatur, adeo graviter sit processum, prout ex facti evidentia manifestum est, quod hujusmodi negotium protrahere diutius non possumus, vobis mandamus, quatinus praefatum Johannem militem peremtorie citent, ut fer. vi. nunc proxima post diem Urbani per se vel alium suo nomine in Frideberg coram nobis compereat, diffinitionem praefati negotii, alioquin in ipso negotio procedimus, ipsius absentia non obstante.

Dat. a. d. M.CCC.XXVI, vii. kal. junii.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 585.

1326 (11. Juli.) Nos Philipus de Falkinsteyn et Cuno domini in Mynzenberg recognoscimus, quod cum Rychardus miles de Muschinheim, residens in Dreyse, vasallus noster fidelis, censum annuum x. sol. den. defalcandum de summa census xix. sol. den., ipsi de censibus curiae monasterii in Arnsburg in Ebirstad debiti, a nobis feodaliter dependentis, cum eisdem religiosis pro prato sito juxta villam Dreyse, curiae praefati Rychardi vicino, sub forma concambii permutarit, nos ad instantiam praedicti Rychardi, nobis in recompensam dictum pratum cambitum, ad valorem census x. sol. aestimatum, resignantis et idem a nobis feodaliter recipientis, praedictum censum in Ebirstad praefatis religiosis proprietamus. Permittimus quoque, quod pro anniversario quondam uxoris Rychardi antedicti prioris peragendo, dicti religiosi annuatim i. marcam den. de residuo praedicti census xix. solid. sumant, tamdiu, quousque x.

marcae den. a Rychardo vel haeredibus suis supradictis religiosis numeratae fuerint, et tunc census marcae, a nobis feodaliter dependens, ad ipsum vel haeredes suos redibit.

Dat. a. d. M.CCC.XXVI, v. idus julii.

(Mit Siegel der Aussteller, das Cuno's in grünem Wachse, das Siegel Richards fehlt.)

Nr. 586.

1326 (28. Dec.) Wir Johan Rydesel Ryther vnd Scheffen der stad zu Grunenberg gruzen vnde byden dinest hern Franken von Linden eime rither vnd Hartmude von Clethenberge eime wepinture, das die Herren von Arnsburg vnde Kraft von Rudenhusen ein Wepinture, aller ere sache die sie mit ein zu schaffen han, mit ein gesunt sint, also das die herren von Arnsburg hant gekoren einen burcgman zu Gyzen zu eime ratmanne, vnde Kraft auch einen burgman zu Gyzen zu sime ratmanne, also das die zwene ratmanne sie sollen sunen beider sit, kunen sie daz nit aber getun, so sollen sie reith ervaren nach ere Beider sache vnd rede, vnde sollen sie scheiden, vnde kunnen er ratmanne nit eintrechich werden nach deme reithen, so sollen sie einen aber man kysen zu en zu Gyzen, wo der hene sprichet des reith zu er eime, das sal math han vnde sollent da mide gesunt sin vnde gerethet alzu mal, das hant verborget die herren von Arnsburg die vorgenanthe zu haldene bie x. marken penningen vnde vze Grunenberg nit zu varene abe hee das Breche von keiner geschet der her sich nit verstunde abe hes vnder wizet worde von den aber mannen die sie gekoren hant is worde ver rethet.

G. n. Chr. geb. m.ccc.xxvi, a. d. Kindeline tage.

(Mit Siegel der Stadt Grünberg.)

Nr. 587.

1327 (15. Febr.) Nos Bertoldus decanus ecclesiae frankenvord., fratres Henricus de Schonowia, rector curiae in Frankenvord monasterii de Schonouwia, et Conradus, rector curiae in Frideberg monasterii in Arnsburg, mo-

nachi, executores testamenti quondam Hadewigis dictae Kachelharden, opidanae frankenvord.,*) ab eadem electi, recognoscimus, quod in litera testamenti talis articulus de verbo ad verbum continetur: Item lego iii. mansos sitos in terminis villae Wullenstad superiori similiter pro beneficio in dicta ecclesia s. Bartholomaei frankenvord. instituendo; item lego reliquos mansos et agros, prata, curiam et areas, quas habeo in dicta villa Wullenstad, monasterio in Arnsburg praenotato, ita quod iidem religiosi solvere debebunt Elyzabet, nepoti meae, v. octalia siliginis ad opidum Frankenvord ad tempora suae vitae, qua defuncta dicta pensio apud ipsum monasterium libere remanebit. Nos igitur manufideles praedicti praenotatum legatum exequi intendentes praefatis religiosis legatariis possessionem praefatorum bonorum in Wullenstad nomine manufidelitatis nostrae tribuimus et assignamus.

Dat. a. d. M.CCC.XXVII, xv. kal. marcii.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 588.

1327 (2. Apr.) Nos Petrus dictus Sturzekop, civis wetflar., et Ortruna conjuges recognoscimus, quod, receptis a monasterio in Arnesburg x. libris hallens., renunciamus omni juri et meliorationi per nos in agro nunc in culturam hortorum redacto, in descensu montis castri Calsmunt extra muros wetflar. versus ripam Wetzfe juxta per modicam distanciam Selhobin sito, nobis olim a dictis religiosis locato, habitis atque factis. Insuper censum nostrum iii. sol. den. de quodam horto sito ante portam novi oppidi in Grvnenberg religiosis eisdem cum omnibus juribus et appendiciis tradimus et resignamus.

Dat. a. d. M.CCC.XXVII, iv. nonas aprilis.

(Mit Siegel Heydinrichs Dechanten und Nikolaus Pfarrers der Kirche in Wetzlar.)

*) Vergl. Boehmer cod. dipl. Moenofrank. p. 487.

Nr. 589.

1327 (14. Apr.) Nos Marklo de Kolnhusin et Heinricus dictus Quidinboum, milites, recognoscimus, quod cum inter monasterium in Arnesburg ex una, et Cunradum dictum Rode militem, Wernherum dictum Krimmere armigerum, caeterosque haeredes quondam dicti .... Krimmeris de Wanebach militis, patris Wernheri jam dicti, et ... sororum suarum parte ex altera, super solutione pensionis annuae v. octalium siliginis de agris infrascriptis, a praedictis cohaeredibus praefatis religiosis facienda, orta fuisset materia, et in nos tanquam in arbitros ambae partes compromisissent, nos pronunciamus, quod ad solutionem praedictae pensionis supradicti cohaeredes in termino constituto obligantur. Specificatio agrorum talis est: in campo versus Berstad i. juger attingens super Rozze, item iii. quartalia attingunt super mediam viam, item dimidium juger attingit super henloch; in campo versus Wuluirsheim ii. juger attingunt super villam in hortis, item iii. quartalia super henrode, item dimidium juger trans viam versus Berckem; in campo versus silvam dimidium juger apud Baldimaris cruce, item i. juger in der vahin mulde, item i. juger apud viam versus Mincenberg, item i. juger dictum der Rormorgin, item i. juger versus Berstad dictum Spiz.

Dat. a. d. M.CCC.XXVII, Tyburtii et Valeriani mart.

(Mit Siegel Marklo's vorg., das Siegel Heinrichs fehlt.)

Nr. 590.

1327 (23. Apr.) Noverint universi, quod ego Johannes sacerdos, filius quondam Eynolfi, civis wetflar., habui quondam pensiones ad dies vitae meae a monasterio in Arnsburg, quas totaliter resigno et dico conventum ab ipsis quitum et solutum. — Testes: Johannes de Lorche canonicus ecclesiae s. Petri mog. et Petrus ejusdem ecclesiae vicarius.

A. a. d. M.CCC.XXVII, in die Georgii mart.

(Mit Siegel des Ausstellers.)

Nr. 591.

1327 (28. Mai.) Ego Syboldus dictus Halber armiger, castrensis in Frideberg, recognosco, quod omnia bona mea et jura, quae in villa Wertheym prope Rodeheym possedi, ad circiter mansum cum dimidio terrae arabilis et unam aream in ipsa villa Wertheym sitam se extendentia, quae Hertwinus dictus Greybe colit et x. octalia siliginis solvit, monasterio in Arnesburg pro xxxvi. marcis den. vendidi, et Wenzelonem burgravium in Frideberg ac Johannem fratrem suum, milites dictos Cleen, praenotatis religiosis fidejussores posui. Publicatio quoque venditionis et resignatio bonorum dictorum facta est in villa Wertheym in publica strata, coram Hartmanno dicto Nueman, Hertwino Greybe colono, scabinis, Conrado dicto Hekis, Gerlaco de Lychen, filio Hertwini, Rudolfo Kerbere dicto de Hulishobin, Hertwino lutifigulo de Wertheim et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XXVII, fer. v. prox. a. diem. s. penthecost.

(Mit Siegel der Burgmänner in Friedberg.)

Nr. 592.

1327 (15. Oct.) Nos Hartmannus, Katherina, liberi quondam Gunderadis dictae die schone frauwe de Fredeberg, et Heinricus, natus dominae dictae die Bergerin de Wullinstad, maritus Katherinae dictae, recognoscimus, quod cum felicis memoriae quondam Angelus de Sassin sacerdos, residens in Arnsburg, pro remedio animae suae, fructus et proventus bonorum suorum in villa Luterebach prope Gruninberg sitorum, per lapsum continuum quadriennii nunc exspirantis colligendos et percipiendos, monasterio in Arnsburg, ita, quod post lapsum quadriennii nobis praefata bona proprietatis jure cederent, nomine legati deputaverit, nos de consensu infrascriptorum tutorum seu curatorum nostrorum, praefata bona et jura nostra in eisdem supradictis religiosis vendidimus. Nos quoque frater Hartmudus

de Lindin, grangiarius monasterii in Arnsburg, Heinricus plebanus in Fredeberg, tutores et curatores liberorum antedictorum, praedictam venditionem approbantes, et scabini cum oppidanis in Minzinberg sigilla nostra appendimus huic scripto.

Dat. a. d. M.CCC.XXVII, in vig. Galli abbatis.

(Mit 3 Siegeln, das erste in rothem, das zweite in grünem Wachse.)

Nr. 593.

1327 (23. Dec.) Nos Conradus dictus Goldenere, civis in Butsbach, et Guda conjuges recognoscimus, quod monasterio in Arnsburg jus et censum i. marcae den. de domo et curia nostris, quae olim fuerunt Conradi armigeri dicti de Martorf, in opido Butsbach, pro xii. marcis den. col. vendidimus, fidejussores constituentes Franzonem de Gunse et Rulonem Winteri, opidanos butsbacenses. — Testes: Andreas sacerdos plebanus in Wyzele, Erwinus, Rulo Winteri praefatus, scabini in Butsbach, Mengotus Banseche, Ertmarus de Furbach, Kulmannus Eckinheimere et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XXVII, x. kal. januarii.

(Mit S. der St. Minzenberg, da die St. Butzbach ein solches entbehrt.)

Nr. 594.

1328 (16. Jan.) Kvnt si, daz ich Lise fon Croftele, di Erwinis eliche wirtin was, eine gvtliche scheidvnge gehabit han mit minen sonen also, daz ich daz gvt zv Griedele sal han min libis zvht, also daz ich dafon reithin sal alle iar den herren fon Arnisbvrch xxx. atheil cornis vnd den prvndenerin fon Wetfelar xxiv. atheil cornis. Ich sal auch han daz gvt zv Ossinheim vnde iv. pvnt was geldis vnde iii. hvner geldis zv Hoppirshobin vnde xxx. schillinge geldis zv Richolvisfirchin, der sal ich i. marc geldis gebin den herren fon Arnisbvrch alle iar. Ich sal auch han einen morgen wingartis zv Nedir Morle. Me ist auch geredit, gesche iz daz ich stirbe, daz mine sone diz gvt sollin findin

ledich vnde lvs vnde sal vffe sie irsterbin. Stvrbe auch min svn Conrad an erbin, so sal sin gvt vffe sinen brvdir Erwinen gevallen, stirbe auch Erwin an erbin so sal sin gvt gevallen vffe sinen brvdir Conradin.

G. n. Chr. geb. m.ccc.xxviii, a. s. marcellis tage d. h. bobistis vnd merteleris.

(Mit Siegel Conrads u. Erwins vorg., das ihres „emelin's Johann von Velddersheim, Ritters, der da wonet zu Rockinberg," fehlt.)

Nr. 595.

1328 (12. März.) Ego Hermannus de Olmena, opidanus wetflar., recognosco, quod ob honorem dei et ut perpetua animae meae ac animae quondam Heydendrudis, uxoris meae, in monasterio Arnsburg recordatio habeatur, unam perpetuam missam in capella curiae ejusdem monasterii in Wetflaria sita vel in ipso monasterio si abbas maluerit celebrandam, de novo fundare decrevi, pro cujus dotatione dono lx. marcas bonorum, pro quibus recipiendis vinea mea in monte Wydelnbach et agri mei ibidem siti et torcular meum pro eadem pecunia sunt vendendi et praecipue Wernhero de Herberen et Sophiae ejus sorori, opidanis wetflar., si eos voluerint comparare, et si ipsa Sophia comparare noluerit, ipse Wernherus eos solus si voluerit comparabit, alioquin alii vel aliis emere volentibus vendantur pro pecunia supradicta. Insuper dono pro fundatione praedictae missae bona mea sita in villa Nedern Morle, quae colit Mengerus filius Erwini ibidem.

Dat. a. d. M.CCC.XXVIII, in die b. Gregorii papae.

(Mit Siegel des Ausstellers.)

Nr. 596.

1328 (27. Mai.) Ego Mechthildis dicta de Ennisheym, opidana in Geilinhusin, recognosco, quod in venerationem virginis Mariae patronae ecclesiae monasterii in Arnsburg, apud quem quondam Johannes filius meus ad novitiandum

receptus, tumulatus requiescit, insuper in remissionem omnium peccaminum meorum et ob suffragium animae quondam mariti mei ac omnium progenitorum meorum, omnia bona et jura mea monasterio praedicto donatione inter vivos dedi et resignavi, confiteor quoque, quod praenotati religiosi, retento sibi dominio et jure, usum praefatorum bonorum quamdiu vixero pro sustentatione vitae meae reliquerunt.*) — Testes: Hermannus Fuzechin scultetus, Syfridus et Hartmannus fratres dicti de Breydinbach, Eberhardus filius quondam Gudae, Wortwinus Spickelin, scabini, Jungo filius Syfridi praedicti, Fridericus junior von der Eckin consul in Geylinhusen, fratres Syboldus rector curiae in Geilinhusen, Johannes Wengezzere cellerarius, Heinricus de Gyzen bursarius, monachi sacerdotes monasterii antedicti et a. q. pl.

Dat. a. d. M.CCC.XXVIII, fer. vi. infra oct. s. festi penthecostes.

(Mit Siegel des Probstes zu Selbold an grüner und des Plebans in Gelnhausen an rother Schnur.)

Nr. 597.

1328 (24. Juni.) Ich Arnold Schyber vnd Elheid syn eliche frauwe, wonende zu nydern Morle, bekennen, daz wir virkauft han dem Closter zu Arnsburg eyn Habestad vnd eyne schuren gelegen in der selben Herren Habereide vmme xviii. phund heller, auch bekennen wir vns, daz dy selbe Habestad bisher gegulden hat i. schilling pheninge halp fallinde vf s. Johans berg vnd halp den Cappelan zu nydern Morle, vnd han bewyset mit willen Hildemars pherrers vff s. Johans berge, Johans Cappelans zu nyder Morle vnd Herman Meielbecher, Henckel Katherinen son bameister vf s. Joh. berge, vff dru vierteil landes vff dem hinderfelde zuschin

*) 1328 (9. Juni) stellt auch die Stadt Gelnhausen eine gleiche Urkunde über diese Schenkung aus. (Das Siegel der Stadt hängt unversehrt an.)

Conzen Yden vnd hern Cunen von Derinbach. — Zeugen: Rule schultheiße vnd Johan lantfoyd, scheffen u. a. m.

G. n. Chr. geb. m.ccc.xxviii, vff s. Johans dag des h. deufers als er geboren ward.

(Mit Siegel Ritters Cune Hirdan.)

Nr. 598.

1328 (19. Oct.) Judices s. mogunt. sedis cantori in Lychin ac Johanni pastori in Gruningen salutem in domino. Ex insinuatione monasteriorum in Arnspurg et in Hegene didicimus, bonae memoriae Arnoldum dictum de Gambach, olim scabinum in oppido Marpurg, et Mechtildim conjuges steriles in remissionem peccaminum nomine elemosine domum suam lapideam in vico fori dicti oppidi sitam, una cum domo lignea stabulari eidem contiguatam, ipsis monasteriis dedisse, quocirca vobis mandamus, quatinus vos dictum oppidum personaliter accedentes testes idoneos examinetis et eorum dicta in scriptis fideliter redigatis etc.

Dat. a. d. M.CCC.XXVIII, xiv. kal. novembris.

(Mit Siegel der Aussteller.)

Nr. 599.

